THEOPOMPI CHII

FRAGMENTA,


COLLEGIT, DISPOSUIT, ET EXPLICAVIT,
EJUSDEMQUE DE VITA ET SCRIPTIS
COMMENTATIONEM PRAEMISIT

R. H. EYSSONIUS WICHERS,

Phil. Theor. Mag. Litt. Hum. et Jur. Utr.
Doctor; in Judicio regionis Appinga-
damensis Judex.

Τὸ δὲ ζητούμενον
ἁλωτόν· ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον.

Sophocles.



Lugduni Batavorum,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
Academiae Typographos.
1829.

VIRO CLARISSIMO

JOANNI RUDOLPHO VAN EERDE,

J. U. D., in Facultate Phil. Theor. et Litt. Hum. in Universitate Groningana Professori ordinario.

S. P. D.

R. H. EYSSONIUS WICHERS.

Simulac, Vir Clarissime! Theopompi Chii fragmentorum edendorum consilium ceperam, eadem Tibi dedicare decrevi. Est enim haec hominis animo inscripta ac veluti innata lex, ut, cui multum debeatur, eidem gratia semper habeatur et referatur maxima. Si quid autem est in me aut bonarum litterarum studii, aut si qua doctrinae mediocritas, quam ad hasce reliquias explicandas adhibuerim, ea majorem partem ex tua disciplina consuetudineque repetivi. Nam, quum ante hos undecim annos ad Academicas lectiones accessissem, Tu me statim ita excepisti, ut ab eo inde tempore studiorum semper meorum dux esses certissimus, ego vero in-

scio

scio Te vix quidquam aggrederer. Quoties autem postea quid commentatus essem, toties ego ad Te volare, scripta praelegere, actae rei rationes exponere; Tu vero, bene memini, non continuo approbare, laudare, at animadvertere, corrigere: unde accidit, ut, cum hilaris et optima sperans ad Te venissem, tristis saepe et omni fere spe dejectus discederem, domique reversus admonitiones mecum reputarem et denuo res elaborare cogerer. Atque haud scio an, si in historiae studio et litteris humanioribus in universum quid profecerim, id huic Tuo me tractandi mori modoque imprimis acceptum referendum sit. Et potes etiam, V. Cl.! neque injuria, conscripti hujus opusculi auctor haberi. Nam cum postea etiam cursum, quem sequebar, studiorum perpetuo observares, meque in principibus auctoribus Graecis et Latinis, historicis praesertim, versari videres, monuisti me aliquando non quidem contemnendos esse hos, immo vero in primis ut sunt, sic eos habendos, iisque prae caeteris operam dandam esse; non tamen prorsus negligendos esse recentioris aetatis scriptores, Scholiastas, Lexicographos, Grammaticos, alios; eorum quippe scripta, ut distent a veterum monumentis, gravitate, urba-

ni-

nitate, elegantia, mirabilem tamen continere doctrinae copiam et varietatem, multumque afferre praesidii ad veterum scripta vel supplenda, vel melius intelligenda. Nam, quum illi priscam aetatem propius attigissent, inque veterum scriptis, quae nobis temporum injuria invidit, quasi habitassent, in eorum scriptis complura reperiri, quae in superstitibus veterum auctorum desiderantur; eorumque diligentia factum esse, ut omnia scriptorum monumenta non funditus hodie deleta sint.

Haec ego monita suscipiens ad recentiores illos scriptores identidem accessi, cumque inter legendum, tum alia annotassem, tum quae ad Theopompum Chium ejusque scripta pertinere viderentur, tantam ejus intelligebam fuisse operum praestantiam, ut, cum alii, laudabili profecto consilio et felicissimo successu, aliorum historiarum scriptorum fragmentis colligendis operam dedissent, dolendum esset neminem adhuc fuisse, qui Theopompum Chium aggrederetur. Scripsit sane Kochius Vir Cl. ad hunc prolegomena edita Sedini 1803, et repetita in Sebodii Archiv. Phil. et Paedag. 1824. Part. III. p. 397—419. Haec tamen scriptio eo tantum pertinet, ut, collectis locis, in quibus mores et indolem Philippi Amyn-

Amyntae filii de industria exposuit Theopompus, is a reprehensionibus Polybii vindicaretur; fragmenta vero, quae postea se editurum promisit Kochius, lucem non viderunt. Gedoynus autem in Mem. Acad. Inscript. Tom. XIV. p. 235 sq. excerptum tantummodo Photii, subjunctis nonnullis notis Gallice vertit, ut, qui eundem omnia Theopompi fragmenta collegisse et edidisse narrarint, quales fuisse ex Kochii prolegomenis comperi, et alios in errorem duxerint, et sese versionem ne vidisse quidem ipsi satis declararint. Quamobrem, quum tantae praestantiae mihi fuisse viderentur Theopompi opera, ut nec rerum memorabilium uberrima varietate et copia, nec dicendi genere aliorum scriptis cederent, operae pretium eum facturum existimavi, qui, in hac praesertim litterarum conditione, omnia Theopompi fragmenta, undecunque conquisita in probabilem ordinem digesturus esset animadversionibusque esset illustraturus: ut hujus etiam scriptoris, cum integra opera desideremus, eorum, nisi absoluta imago, simulacrum certe aliquod legentibus repraesentaretur.

Hoc ego consilio manus operi admovi, simul vero ut, quod otium a jure dicundo datum esset, id, a forensi strepitu remotus, ad delicias meas, histo-

riam,

riam, fortasse etiam ad aliorum utilitatem adhiberem. Verum ante hos duos annos, quum apparatum tantum non omnem congessissem, et magnam operis partem jam absolvissem, ecce, innotuit mihi commentatio *de Theopompi Chii vita et scriptis* ab Aug. Jul. Edm. Pflugkio conscripta, eodemque anno Berolini edita: quam quum maxima cum voluptate perlegissem, — est enim docte et eleganter scripta multisque nominibus laudanda, — eam in multis inveniebam consentire cum iis, quae adhuc commentatus eram, in nonnullis vero auctorem a nobis dissentire; ex eademque commentatione intelligebam idem Pflugkium edendorum fragmentorum consilium agitare. Tantum tamen abfuit, ut propterea inceptum opus χαίρειν juberem, ut potius maiori studio et diligentia in id incumbendum esse existimarem. Sic enim putabam: duobus in eundem scriptorem separatim incumbentibus, huic non detrimentum, verum multo magis emolumentum accessurum esse. Interim ad hunc usque diem nondum prodiit, quantum sciam, Pflugkiana fragmentorum Theopompi collectio, quamquam ut aliquando prodeat vehementer opto, ut, quae nos fortasse fugerint ea a Pflugkio discamus: haud enim dubito, siquidem ex edita

ejus

ejus commentatione augurari liceat, quin vel ad singula fragmenta rite intelligenda, vel omnium in universum inter se nexum probabiliter constituendum, minime contemnendam, nec vulgarem doctrinam sit allaturus.

Ante Pflugkium de Theopompi vita et scriptis jam exposuisse Aschbachium ante aliquod tempus comperi. Hujus tamen librum, licet statim arcessitum, mihi comparare non potui. Quod eo magis doleo, quo plura bonae frugis ea scriptione contineri accepi. Hoc idcirco commemoro, ne forte a quodam hujus commentationis turpiter ignarus habear.

Memini me Tibi, V. Cl., jam pridem narrare, quae fuerit Jacobi Geelii, Viri Clarissimi, erga me benivolentia; qui, cum libris nonnullis aegre carerem, rogatu meo, locos ex iis aliquot diligenter exscripsit et ad me misit. Postea vero, quum dubitaret, num scriptorum veterum nova collectio e Vaticanis Codicibus ab Angelo Maio edita (de quo libro ipse Geelius retulit in Biblioth. Crit. Nov. Vol. IV.), mihi innotuisset, sua sponte duo excerpta de Sententiis ex Polybii libro duodecimo ad Theopompum pertinentia comiter mecum communicavit, quibus mea augerem. Postremo, in tollendis vitiis, si

quae

quae post meam correctionem typothetae reliquissent, non parum me adjuvit. Pro insigni igitur hac erga me liberalitate, ut antea Viro eruditissimo mihique amicissimo gratias egi, sic lubenter hac occasione eundem animi sensum publice profiteor.

Quo autem modo horum fragmentorum colligendorum et illustrandorum provinciam administrarim, Tuum Vir. Cl.! et caeterorum eruditorum judicium esto. Equidem, si quid de me testari liceat, quantum potui curavi, ut omnia fragmenta conquirerem. Non tamen ea sum, temeritate dicam an arrogantia, ut nullum, ne levissimum quidem, indicium praetermissum putem. Hoc tamen, non dubito, eruditi in meliorem partem accipient. Nam cum hoc studiorum genere quot sint conjunctae difficultates indoctis inculcare quid attinet, quod omnes docti satis norunt? qui probe item sciunt, haud minimam difficultatem in ea laboris parte positam esse, in qua minimum quaeratur, in digerendis dico singulis fragmentis, eo ordine, quo ea composuisse deperditus scriptor ipse videatur. Tu vero, Vir. Cl., nisi opus hoc existimationi Tuae dedecori sit, hanc mihi da veniam, uti Theopompeas has reliquias Tuo

no-

nomini inscribam, ut cum sit gratissimi animi erga Te mei testimonium, tum libro meo commendationis aliquid et ornamenti accedat. Caeterum vale, V. Cl.! meque, ut amas, ama.

Scripsi Appingadami mense Junio MDCCCXXIX.

COM-

COMMENTATIO

DE

THEOPOMPI CHII VITA ET SCRIPTIS.

Est haec communis Virorum Doctorum querela, cum plurimum intersit, auctoris, cuius scripta explicaturus sis, novisse vitam et fata, earundem tamen rerum aut nullam aut exiguam apud scriptores exstare notitiam. Nam dubitari vix potest, quin, perspecto, quibus temporibus natus sit, quomodo educatus, cuius magistri praeceptis imbutus, qua rei publicae conditione, quibusque fortunae vicissitudinibus vitam auctor transegerit, tum demum de eius fide et auctoritate deque eius scriptis universe, iudicium rite ferri possit; ne dicam, his cognitis, impediri, quominus huius nobilitas cum illorum obscuritate confundatur. Cui rei cum nobis eo maiori cura providendum est, quo plures eiusdem nominis Theopompi fuere, quos infra ordine recensebimus, tum ei satis faciemus explicanda triplici hac quaestione, primum de nomine, tum de patria, postremo de aetate; praeposito, velut disputationis fundamento, Suidae loco v. Θεόπομπος, quem totidem verbis descripsit Eudocia in Violeto, nisi quod ibi quaedam corrupta sunt, ex illo corrigenda, in his vox φιλικὰ mutanda in φιλιππικά.

A Igi-

Igitur Suidas: Θεόπομπος χῖος, ῥήτωρ, υἱὸς Δαμασιστράτου, γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους τῆς ἀναρχίας Ἀθηναίων, ἐπὶ τῆς ἐννενηκοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, ὅτε καὶ Ἔφορος Ἰσοκράτους ἀκουστής· ἅμα Ἐφόρῳ ἔγραψεν ἐπιτομὴν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἐν βιβλίοις β'. Φιλιππικὰ ἐν βιβλίοις οβ'. Ἑλληνικὰς ἱστορίας· ἕπονται δὲ ταῖς Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος, καὶ εἰσὶν ἐν βιβλίοις ια', ἔχουσαι τὰ ἀπὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου λοιπά. Ἔγραψε καὶ ἕτερα πλεῖστα.

De nomine quidem nulla est controversia, nam ab omni antiquitate communiter ΘΕΟΠΟΜΠΟΣ vocatur, nisi quod aliquoties corrupte Θεόπεμπτος appellatur, ut in prioribus Editionibus Tzetzae ad Lycoph. vs. 174. et in eiusdem Cod. Viteberg. 3. ad vs. 1439, in quorum tamen utroque loco verum nomen merito restituit Müllerus. Patriam habuit Chium insulam, ut praeter Suidam h. l. et in Ἔφορος retulerunt Diodorus XIV. 82, XVI. 3, 71. Photius Bibl. Cod. CLXXVI. p. 203. ed. Hoeschel. Aug. Vind. 1601, caeterique omnes, quorum Strabo XIV. p. 955 B. Theopompum inter illustres Chios recenset. Ἄνδρες δὲ χῖοι γεγόνασιν ἐλλόγιμοι, Ἴων τε ὁ τραγικὸς, καὶ Θεόπομπος ὁ συγγραφεὺς, καὶ Θεόκριτος ὁ σοφιστής· οὗτοι δὲ καὶ ἀντεπολιτεύσαντο ἀλλήλοις. Hinc Theopompus noster, ut caeteri fere omnes antiqui, patriae nomine vel addito vel omisso promiscue a veteribus citatur. — Patrem habuit Damasistratum, auctoribus Suida l. c. Pausania III. 10. aliisque, hominem, ut videtur, opulentum, quem Photius l. c. errore *Damostratum* vocat; fratrem Caucalum rhetorem, qui inter alia, laudationem conscripsit Herculis, teste Athenaeo X. p. 412. B.

Reliquum est, ut de aetate Theopompi disputemus. Eum Suidas natum prodidit circa anarchiam Atheniensium, quam retulit ad Olymp. XCIII. et Anonymus in Olymp. descript. ad eiusdem annum primum; Xenophon vero Hell. II. p. 461. A ed. Leuncl. 1596. et Dio-

Diodorus XIV. 5. ad Olymp. XCIV. 1. Hos tamen cum Suida ita conciliat Marxius ad Ephor. p. 19 seq., ut statuat, anarchiam extrema anni quarti Ol. XCIII. parte incepisse, desiisse primo anno sequentis Olympiadis. Habet profecto Marxii ratio quo sese tueatur. Nam etsi *ἀναρχία* proprie illud tempus intelligendum est, quo XXX tyranni imperarunt, haud male tamen dicitur, eam iam incepisse, postquam Theramenes quarto mense a legatione reversus et Athenae in Lysandri potestatem redactae essent. Quae secundum Xenophontem et Diodorum Ol. XCIII acciderunt. Quodsi tamen Theopompi annum natalem circa Atheniensium anarchiam Suidas recte constituisset, et Alexander Magnus, teste Diodoro XVII. init. Olymp. CXI. 1. imperium capessiverit, erravit procul dubio Photius, scribens Theopompum, cum ab Alexandro patriae restitueretur, natum fuisse annos quadraginta quinque. Quem errorem Photii verbis inesse suspicatus est Marxius l. l. n°., motus imprimis, ut videtur, loco Suidae. — Photium tamen adversus Suidam ita vindicavit Pflugkius, ut, nisi alia obstarent, ad quae fortasse non attendit, omnem caussam confecisse videretur. Eius totam disputationem longiorem etsi hic apponere nolim, summam tamen referre lubet, praepositis ipsis Photii verbis, Biblioth. Cod. CLXXVI. p. 203 1

Ἔστι δὲ Θεόπομπος Χῖος μὲν τὸ γένος, υἱὸς Δαμοστράτου. Φυγεῖν δὲ λέγεται τῆς πατρίδος ἅμα τῷ πατρὶ, ἐπὶ λακωνισμῷ τοῦ πατρὸς ἁλόντος· ἀνασωθῆναι δὲ τῇ πατρίδι, τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς, τὴν δὲ κάθοδον Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως δι᾽ ἐπιστολῶν τῶν πρὸς τοὺς Χίους καταπραξαμένου· ἐτῶν δὲ εἶναι τότε τὸν Θεόπομπον πέντε καὶ τεσσαράκοντα.

Igitur, ut oportebat, hoc primum quaesivit Pflugkius, quando probabiliter Theopompus Alexandri auc-

ctoritate patriam recuperaverit, ut sic, detractis quinque et quadraginta annis, inde natalem eius annum conficeret. Id accidisse statuisset, cum Alexander Olymp. CXIV, 1, iussit exsules omnium Graecarum civitatum restitui, idque negotium Antipatro mandavit, litteris ad Olympiorum conventum missis, quae leguntur apud Diodorum XVIII. 8: Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος τοῖς ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων φυγάσι· τοῦ μὲν φεύγειν ὑμᾶς οὐχ ἡμεῖς αἴτιοι γεγόναμεν, τοῦ δὲ κατελθεῖν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας ἡμεῖς ἐσόμεθα, πλὴν τῶν ἐναγῶν· γεγράφαμεν δὲ Ἀντιπάτρῳ περὶ τούτων, ὅπως τὰς μὴ βουλόμενας τῶν πόλεων κατάγειν ἀναγκάζῃ; nisi sic annus natalis incideret in Olymp. CII. $\frac{3}{4}$, quod vix verum esse potest, si quidem Oratione funebri Mausolum ornavit, qui obiit Olymp. C. 2, ut Plinius tradit H. N. XXXVI. 6; aut Olymp. CIII, ut Suidas v. Θεοδέκτης, aut denique Ol. CVI. 4, quae sententia est Diodori XVI. 36; unde sequeretur hanc orationem a Theopompo habitam fuisse decimo sexto aetatis anno vix ab eo completo. Quamobrem aliud tempus quaesivit Pflugkius. Cum vero, Persis ad Granicum fugatis, satrapae et civitates imperio Macedonum obtemperare in primis studebant, aliis a Macedone quasi in tutelam receptis, aliis eodem consilio ad Alexandrum legatos mittentibus, eodemque tempore ea foedera facta videautur et tabulis publicis incisa, quae teste Arriano de Exped. Alex. II. 1. §. 7. 2. §. 4, Mytilenaeis et Tenediis cum Alexandro fuerint, eiusmodique foedus cum Chiis etiam factum esse inde probabile sit, quod mox, quippe Alexandri fautores, a Persis oppugnati sunt, in quibus foederibus exulum mentio facta fuisse videtur; dein, cum, postquam Alexander, Phoenice et Syria receptis, ad Aegyptum usque penetrarat, plebs Chiorum, quae in Persarum potestatem reciderat, navalibus Alexandri copiis ad-

vo-

vocatis, Persarum praesidium eiecerit, hinc duplicem rationem iniri posse vidit Pflugkius, *ut Theopompum aut sub ipsum Alexandri in Asiam adventum, post pugnam ad Granicum, Olymp. CXI. 3. a. 334. a. Chr. civibus suis commendatum esse, aut post receptam Chium; h. e. Olymp. CXII. 1. a. 332. a. Chr. regis gratia in patriam rediisse statuamus.* Si prius, ut maxime opinatur, natus est Theopompus Olymp. C. 2: sin posterius probamus, duobus annis recentior est. At repugnant (sic pergit) Plinius et Suidas, qui si vera de tempore, quo mortuus sit Mausolus, tradiderint, fieri non potest, ut Olympiade centesima natus sit Theopompus. Cui tamen difficultati succurrit Diodorus, qui ut Mausolum Olymp. CVI. 4 obiisse, atque adeo integras sex Olympiadas et quod excurrit post Olymp. C. 2. vixisse docet XVI. 36, ita id rebus gestis ostendit, cum Mausolum Olymp. CIV. 3. adversus Persas sese munivisse testetur XV. 90, eundemque Olymp. CV. 3. in bello sociali Chiis auxilia misisse narret, qua in re consentit Demosthenes, de Rhod. lib. pag. 111. ed. Lutet. 1570. coll. Liban. in eius orat. argum.

Supererat Pflugkio, ut, quoniam Theopompus patrem, Laconismi crimine damnatum, in exsilium secutus a Photio dicitur, quaereret, quo tempore id accidisse probabile esset. Quod crimen quoniam eiusmodi est, ut in ea tantum tempora incidere potuerit, quibus super ἡγεμονίᾳ Graeciae Lacedaemonii certarunt, quam controversiam, diutius quam septuaginta annos agitatam, post Agesilai mortem (Olymp. CIV. 4? malim Olymp. CIV. 3. Diod. XV. 93) remiserint; apparet Damasistrati exsilium, quod quidem, quoniam Theopompum filium comitem habuit, certe non prius Olympiade *centesima* esse potuit, intra hanc ipsam Olympiadem et *centesimam quartam* accidere de-

 buis-

buisse. Igitur verosimiliter statuit Theopompi patrem Laconismi accusatum esse et in exsilium abiisse Olymp. C. 4, cum Athenienses, Lacedaemoniis infensi, subiectas civitates, missis legatis, ad societatem belli contra communes omnium libertatis hostes gerendi concitarunt, primique Chii in defectionem consenserunt, teste Diodoro XV. 28.

His igitur fusius disputatis, omnem disputationem sic tandem concludit Pflugkius. *Eo ipso tempore Damasistratum cum aliis optimatibus expulsum esse conjicio. Quodsi verum est, ut est veri simillimum, Theopompum, paternae calamitatis socium, tum admodum tenera aetate fuisse oportet. Quae res tantum abest, ut officere nostrae sententiae possit, ut eam etiam confirmare videatur. Nam si quis Photii verba, a quibus omnis haec disputatio profecta est, paullo diligentius consideraverit, non dubito, quin miraturus sit primo stultitiam hominis, qui, quot annos Theopompus ab exsilio rediens habuerit, commemoret, quando natus sit, reticeat. Sed postquam nostra disputatione, ut speramus, ad liquidum perductum est, Theopompum infantem atque in ipso vitae limine patria privatum esse: non laudamus sane Photium, qui alterum nos celet, sed rationem tamen perspicimus, cur annum reditus potius, quam natalem commemoraverit. Multorum narrantur exsilia sine eiusmodi aetatis notatione: illud vero non praetereundum erat, eum, qui a prima infantia patria caruisset,* quadragesimo quinto *demum anno in civium iura rediisse.*

Perdocte sane versatus est Pflugkius in constituendo tum reditus in patriam, tum ope loci Photii, inde eruendo natali Theopompi anno; ita certe placuit omnis disputatio, ut mihi, quidni enim fatear, paene per-

persuasisset; nisi alia haud exigui momenti obstitissent. Attendendum enim est, cum ad alia tum in primis ad aetatem magistri Isocratis. Atqui natus est Isocrates archonte Myrrhinusio Olympiade LXXXVI, consentientibus ea in re Dionysio Hal. Isocr. p. 94, Pseudo Plut. X Orat. p. 836 E, Photio Bibl. Cod. CCLX. p. 792, Diogene Laërt. III init., e quibus corrigendus Diodorus Sic. XII. 35, qui hoc anno Nausimachum archontem fecit. Iam vero, si, quod statuit Pflugkius, Theopompus natus fuisset Olymp. C. 2., sequeretur, eum sexaginta fere annis iuniorem Isocrate fuisse. Quod tamen vix credendum est. Vereor enim, ut, si tantum aetatis spatium inter eos intercesserit, de se ipse potuisset scribere Theopompus, quemadmodum eum scripsisse testatur Photius, *συνακμάσαι ἑαυτὸν Ἰσοκράτει τῷ Ἀθηναίῳ.* Dubito, num accurate quis dixerit, se eius, quo sexaginta annis iunior sit, aequalem esse. Per exiguum quoddam tempus Isocrates et Theopompus una vixissent, non tamen simul floruissent. Dein, si Theopompus Olymp. C. 2. natus fuisset, neque ante Olympiadem CV. in disciplinam venisset Isocratis, qui eo tempore prope octogenarius fuit, de eo certe tempore parum valuit observatio Theopompi de Isocrate apud Photium, eum *δι' ἀπορίαν τοῦ βίου* orationes scripsisse; nam fuerit Isocrates antea parum locuples, quin etiam indigens, elucet tamen e Pseudo Plutarcho, Isocratem tantas divitias collegisse quantas fere neminem; unde sequitur Theopompi aetate, dummodo Ol. C. natus sit, Isocratis *ἀπορίαν τοῦ βίου* non magnam fuisse. Porro, si verum est, quod probabiliter statuit Pflugkius, Theopompum cum patre Olymp. C. 4. a Chiis expulsum esse, fieri non potest, ut Olymp. C. 2. natus sit Theopompus. Nam, tantum abest ut Theopompus tenera admodum aetate paternae calamitatis socius fuerit, ut po-

potius virilem aetatem attigisse videatur. Nam constat e Pseudo Plutarcho l. c. et Photio Cod. CCLX. p. 793. Isocratem, relictis Athenis propter belli contra Lacedaemonios strepitus, in Chium venisse, ibique rhetoricas scholas aperuisse et Theopompum cum aliis ibi discipulos habuisse. Quin etiam ex utroque loco aliquatenus posset effici, inter novem primos discipulos Isocratis Theopompum fuisse. Verosimile igitur est Theopompum antequam patriam reliquisset, Isocratis disciplina usum esse, atque adeo ad virilem iam aetatem pervenisse cum patriam amittebat; quod etiam constat, si Suidam secuti statuamus, eum natum esse Olymp. CIII. Quod vero voluit Pflugkius, Theopompum non in ipsa patria, sed ea relicta, Athenis Isocratem magistrum habuisse, id etsi statuere debuit, siquidem sibi ipse constare voluit; quum alioquin Theopompo nec locus nec tempus fuissent, quibus Isocrate praeceptore uteretur: suo tamen iure id statuit, neque hoc a quoquam e veteribus, quod sciam, confirmatur. — His ego rationibus ductus, etsi Pflugkii operam vehementer laudo et suspicio, eiusque omnem disputationem cuivis legendam commendo, malim stare a Suidae ratione, in Photii vero verbis vitium inesse cum Marxio existimare.

Verum dicat forte quispiam, si Theopompus Olymp. CIII. natus sit, cum Alexander M. Olymp. CXIV. 1. occubuerit, inde sequi, ut hoc tempore Theopompus octogenarius fuisset, eademque aetate necesse sit, eum Philippica aliaque edidisse. Ego vero item credam mortuo demum Alexandro Philippicas historias a Theopompo editas esse, partim quod in iis quaedam etiam de Alexandro tradidit, dummodo fragmentum apud Pollucem V. 43. ad eas pertineat, et *μῦθος* de Dracone ita sit intelligendus, ut explicabimus ad librum Phil. VIII.; partim quod vix mihi persuadeo

Ale-

Alexandrum Theopompo tam potuisse favere, qui de ipsius patre ea tradidisset, ex quibus non posset, quin male apud posteritatem audiret. *Vituperium* vero *Alexandri*, quod teste Suida in Ἔφορος composuit, nec probabilius dixeris vivo Alexandro compositum, certe editum, esse. Sed fuerit Theopompus opera sua edens octogenarius, non tamen inde quid argumenti certo potest peti. Cur enim id minus verisimile habeatur, quam, quod de Isocrate traditum est, eum orationem περὶ τῆς ἀντιδόσεως composuisse duos et octoginta annos natum, et eum annos nonaginta et octo natus mortuus sit, eum Orationes Panathenaicam et Philippicam paulo ante obitum conscripsisse? Pseudo Plut. Isocr. p. 837. Quid etiam impedit quominus credamus, Theopompum Philippicas et quaedam minora opera antea ad editionem parata habuisse, mortuo vero demum Alexandro, edidisse?

Haec sufficiant de Theopompi aetatis anno, in quo constituendo quum sponte quasi ulterius progressi simus ad provectiorem eius aetatem, nunc regrediamur ad eius iuventutem et adolescentiam, eumque discipulum spectemus in scholis Isocratis, a cuius disciplina eximiae scribendi et commentandi dotes, quibus posteà se Theopompus commendavit, magnam partem repetendae sunt. Igitur traditus est in disciplinam Isocratis (Pseudo Plut. l. c.), perfecti illius magistri, cuius domus, ut Cicero ait Brut. c. 8, cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi; cuiusque e ludo, ut alibi idem scripsit (de Orat. II. 22.) tanquam ex equo Trojano meri principes exierunt. Eius autem disciplina sic usus est, ut a Dionysio Halic. Ep. ad Cn. Pomp. pag. 131. ἐπιφανέστατος πάντων Ἰσοκράτους μαθητῶν haberetur, et a Photio p. 204. οὐδενὸς τῶν Ἰσοκρατικῶν εἰς τοὺς λόγους ἀτιμότερος; magnifica profecto laus, quum plures ex

hac schola prodierint discipuli, in suo quique genere principes habiti, Xenophon (*), Ephorus Cumaeus, Asclepiades tragicus, Theodectes Phaselita, Timotheus, Cononis imperatoris praestantissimi filius, summus ipse Imperator, homoque doctissimus, iudice Cicerone de Orat. III. 34, aliique, quos recenset Photius Bibl. Cod. CCLX. p. 793. cf. Pflugk. p. 19 sq. Hos tamen omnes superavit Theopompus, cui proxime accessit Ephorus, si quidem ambo corona donati sunt a magistro, qua hic quoque mense optimum discipulorum donare solebat, teste Menandro Rhetore Διαιρ. Ἀποδεικτ. p. 626. Ald. apud Marx. p. 14.

Primum Theopompus Oratoriae arti operam dedit, eo, ut videtur, consilio, ut Oratoris tantum munus postea profiteretur, inque eo unice nomen aliquando et laudem nancisceretur. Postea vero, hoc consilio derelicto, suadente magistro, ad historiam se contulit, quod eius ingenium historiae componendae quam arti Oratoriae aptius a magistro iudicabatur; quod idem de Ephoro sic retulit Seneca de Tranq. c. 6: *Considerandum est, utrum natura tua agendis rebus, an otioso studio contemplationique aptior sit, et eo inclinandum, quo te vis ingenii defert. Isocrates Ephorum iniecta manu a foro subduxit, utiliorem componendis monumentis historiarum ratus*; ubi tamen Ephorum pro Theopompo Senecam nominasse suspicatur Marxius, p. 13 n². Id tamen utcumque sit, hoc satis constat, Theopompum caussas nunquam attigisse, quod cum de eo pariter ac de Epho-

(*) Xenophontem inter Isocratis discipulos recensui, auctoritate praesertim Photii; etsi vereor ne obsit chronologia, potissimum si teneatur, quo aetatis anno Xenophon in Asia sub Cyri minoris imperio militaverit.

Ephoro commemoravit Cicero de Off. II. 13, tum de forensibus tantum caussis intelligendum est. Prorsus ut magister Isocrates fecit, qui, etsi superstites eum orationes summum Oratorem declarant, forensi luce caruit intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo postea est consecutus, ut alibi scripsit Cicero, Bruto, c. 8. Theopompum tamen artis oratoriae non imperitum fuisse, diserto testimonio constat Quinctiliani I. O. X. 1, *Theopompus*, inquit, *ut in historia praedictis* (Herodoto et Thucydide) *minor, ita oratori magis similis, ut qui, antequam est ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit Orator.* Testes huius rei haberemus, si tempus servasset eas, quae perierunt orationes, quas numero permultas scripsit, teste Dionysio Hal. Ep. ad Cn. Pomp. p. 131. Quin etiam oratorii exercitii vestigia non pauca in eius, quae hodie supersunt, fragmentis occurrunt, indeque maxime repetendae videntur altitudo eius et elatio orationis, quae a veteribus tantum non omnibus ei tribuuntur, et in quibus praesertim discrimen conspiciebatur eum inter et Ephorum, qui sedato magis et leni ingenio erat, eoque in conscribendis rebus utebatur. Ac plures eum sive exercitii, sive gloriae capessendae caussa orationes habuisse, inde colligo, quod de se ipse magnifice admodum gloriatur, nullam fuisse regionem, aut urbem Graeciae alicuius nominis, in qua aliquantisper moratus, orationibus recitatis, non magnam laudem sibi comparasset, apud Photium p. 203 seq.

Primum dicendi facultatis et copiae documentum dedisse videtur iam relicta Isocratis schola in oratorio certamine, mortuo Mausolo, Cariae rege, ab eius sorore eademque coniuge Artemisia proposito. Erat hic Mausolus filius Hecatomni, et post patris decessum regnum Cariae per viginti quatuor annos tenuit,

Ma-

Maxima erat eius potentia, nam dicitur a Diodoro XV. 90. *πολλῶν ἐρυμάτων καὶ πόλεων ἀξιολόγων κυριεύων, ὧν ἑστίαν καὶ μητρόπολιν συνέβαινεν εἶναι τὴν Ἁλικαρνασσὸν, ἔχουσαν ἀκρόπολιν ἀξιόλογον καὶ τὰ τῆς Καρίας βασίλεια.* Cui potentiae amplificandae in primis profuit bellum sociale a Chiis, Rhodiis, Cois et Byzantiis adversus Athenienses gestum Ol. CV. 3. Diod. Sic. XVI. 7. Mortuo vero Mausolo Ol. CVI. 4. (Diod. XVI. 36.) tanto Artemisia flagravit et luctu et desiderio amantissimi coniugis, ut amplissimis honoribus eius memoriam celebraret. Nam primum sepulcrum exstruxit, cuius monumenti tanta fuit et magnitudo et magnificentia, ut inter septem orbis spectacula numeraretur; Strabo XIV. p. 969 D. Plinius H. N. XXXVI. 53, utque Romani magnificentiam eius admirati, omnia monumenta prae caeteris *Mausolea* appellarent. Pausan. VIII. 16. Dein, optimos quosque e cuncta Graecia, praemiis propositis, oratores invitavit, qui oratione funebri Mausolum celebrarent. Et, per reliquam vitam, tum ipsa morte declaravit, quanto moerore mariti morte affecta fuerit. Nam, ut scripsit A. Gellius N. A. X. 18. *Artemisia, luctu atque desiderio mariti flagrans uxor, ossa cineremque eius mixta odoribus, contusaque in pulveris faciem aquae indidit ebibitque, multaque alia violenti amoris indicia fecisse dicitur.* Perque duos annos, quibus post mariti mortem imperium tenuit, vixit in luctu, eodem etiam confecta et desiderio mariti contabuit. Cicero Tusc. Q. III. 31. Strabo XIV. p. 970 B. Ad orationem illam habendam ut convenerant multi viri nobiles, ingenio et dicendi facultate conspicui, Theopompus, Theodectes, Naucrates et Isocrates, victor renunciatus est Theopompus Chius, Gellius l. c. Quamquam auctore Suida in Ἰσοκράτης et Θεοδέκτης, praemium

mium abstulit Theodectes, cuius tragoedia *Mausolus* inscripta memoratur a Gellio, illud tamen caeterorum traditionibus satis firmatur. Quaesitum est, cum Isocrates in huius certaminis societatem venisse dicatur, uter fuerit, Atheniensis rhetor an vero eius discipulus Apolloniates. Hoc tradidit unus Suidas l. c. In illud consenserunt plures, Pseudo-Plutarchus in Isocrate, Gellius l. c., quamquam is dubitanter admodum: *Sunt etiam, qui Isocratem ipsum cum iis certavisse memoriae mandaverint.* Sed omnium disertissime retulit Porphyrius apud Eusebium P. E. X. p. 464 C, qui ita de Theopompo nostro: Καίτοι ὑπερφρόνει τὸν Ἰσοκράτην, καὶ νενικῆσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ λέγει κατὰ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ ἀγῶνα τὸν διδάσκαλον, quibus verbis motus Ruhnkenius Hist. Cr. Or. Gr. p. 368. Isocratem Atheniensem existimavit in ludis funebribus Mausoli orationem habuisse. Hoc tamen si admittatur subit mirari, quomodo testari potuerit Cicero eundem, non dicam forensi luce caruisse, sed dicendi gloriam, quam postea consecutus sit, intra parietes aluisse. Brut. c. 8. Quid, quod idem Pseudo Plutarchus paulo ante retulerat Isocratem a rebus civilibus se abstinuisse et ἰσχνόφωνος τ' ὢν καὶ εὐλαβὴς τὸν τρόπον — ἄλλοις δὲ μεμελετηκὼς φαίνεται, ἕνα δὲ μόνον εἰπὼν λόγον, τὸν περὶ τῆς ἀντιδόσεως, quae etiam leguntur apud Photium Cod. CCLX. p. 793. Si vero ipsum Theopompum audiverimus, vide an erroris origo detecta sit. Ipse igitur apud Photium, quem locum in fragmentis exhibebo, haud sane modeste gloriatur sibi et aequalibus, Isocrati Atheniensi, Theodectae et Naucrati Erythraeo, principem inter oratores locum tribuendum esse, sibi vero et Naucrati in primis, quod, cum Isocrates, ut haberet, quo viveret, scriberet et philosophiae operam daret, discipulosque doceret, ipsi propter studii ardorem, quo ferebantur, litteris operam navarent,

rent, in iisque quasi habitarent, quod satis, unde viverent, habebant. Non est quod moneam haec arrogantiae plena esse, quam etiam plerique in eo vituperarunt. Ad eundem vero locum, quem Photius indicavit, respexisse opinor tum Dionysium, quum init. Ant. Rom. animadvertit Theopompum in historiarum prooemiis caeteros scriptores reprehendere solitum fuisse, tum Porphyrium, sed eundem minus accurate inspexisse, certe male accepisse et memoriae prodidisse. Cf. Pflugkius p. 26 seq.

Haec etsi Theopompum arti oratoriae idoneum fuisse demonstrant, eius tamen ingenium historiarum monumentis condendis aptius iudicaverat Isocrates, aeque ac Ephori, etsi utriusque indoles toto coelo, ut aiunt, differebat. Nam, ut hic sedato et placido studio ferebatur, sic ille fervore magis concitabatur eoque nonnunquam se abripi patiebatur; utriusque tamen indolem sic moderabatur prudens magister, ut Ephoro calcaria, Theopompo frena se adhibere diceret. Cicero de Orat. III. 9. Brut. 56. Suidas in Ἔφορος. Hoc in Isocrate maxime laudavit Quinctilianus I. O. II. 8. *An vero*, inquit, *clarissimus ille praeceptor, Isocrates, quem non libri magis bene dixisse, quam discipuli bene docuisse testantur, cum de Ephoro atque Theopompo sic iudicaret, ut alteri frenis alteri calcaribus opus esse diceret, aut in illo lentiori tarditatem, aut in illo paene praecipiti concitationem adiuvandam docendo existimavit?* Huius ingenii diversitatis ratione habita, Isocrates utrique argumentum, quod elaborarent, elegit, Theopompo historiam Graeciae, quam quominus absolveret Thucydides, mors impediverat, civilibus partibus agitatam, in qua concitatus animus liberius aliquanto exsultaret, quamquam hoc opus postea reliquit ad alia maiora properans. Ephoro antiquam Graeciam sub-

subiecit, quae dissensionibus minus commota, sedatum et grave studium magis requirebat. Photius Bibl. Cod. CLXXVI. p. 204. CCLX. p. 793. Bonum factum, siquidem, ut praecepit Cicero Brut. 56, hoc doctoris intelligentis est, videre quo ferat natura sua quemque.

Ad quod usque tempus Theopompus in disciplina Isocratis versatus sit, aliquo modo intelligitur, si probabile est eum Olymp. C. 4., quo igitur tempore vicesimum et octavum aetatis annum agebat, cum patre in exsilium abiisse. Nam satis intelligitur exsilium ipsum impedivisse, quominus Isocratis disciplina diutius uteretur. Relicta patria primum Dianae Ephesiae supplex factus esse dicitur a Suida v. Ἔφορος. Deinceps multas regiones peragrasse multasque urbes se adiisse, ipse testatur apud Photium; quas vero adierit, non traditum est. Hoc constat ex Photio eum postea, patre Damasistrato mortuo, Alexandri magni opera patriam recuperasse. Domum reversus publicis rebus sese immiscuit, in iisque adversarium nactus est Theocritum Sophistam, teste Strabone XIV. p. 955 B. Theocrito huic non multum favisse Theopompum, intelligitur ex eius suasionibus ad Alexandrum, in quibus Theocritum traduxit, ut hominem molliter et luxuriose viventem, et tamen humili loco natum, apud Athenaeum VI. p. 230 F. Non tamen diu in patria mansit: nam ut Alexandri opera eam recuperaverat, ita eius morte eandem amisit, a civibus eiectus. Exul in Aegyptum venit, ubi tamen iussu Ptolemaei sublatus esset, nisi ab amicis quibusdam servatus fuisset. Ibi vero num ad mortem usque manserit, an alibi vitam finiverit, non traditum est; neque etiam quando decesserit. Ex computandi tamen ratione, quam secuti sumus, ad provectam admodum aetatem eum pervenisse, certe octogesimum annum complevisse oportet. Maximam igitur eum vitae partem extra

tra patriam degisse et peregrinationibus transegisse apparet. Erat ille mos veteribus historiae perscrutatoribus plerisque communis, ut itinera in longinquas regiones susciperent. Quod necesse iis erat, cum haud ita frequentia essent cum exteris populis commercia, ut, si quis aliarum gentium accuratam cognitionem sibi comparare vellet, omnia suis ipse oculis perlustrare opus haberet. Qua in re ingentes in primis divitiae Theopompo usui fuere, quas ἐν τῷ φιλοσοφεῖν καὶ φιλομαθεῖν consumeret; quibusque minime pepercit, ut rerum scitu dignarum cognitionem sibi compararet, quod praeter Dionysium in Ep. ad Cn. Pomp. p. 131. testatur Athenaeus III. p. 85 B. Atque haec itinera infinitam illam doctrinae varietatem et incredibilem prope locorum, nationum, morum et institutorum populorum cognitionem Theopompo parasse videntur, quas, etiam in fragmentis, quae hodie supersunt, admiramur, eumque, imbutum praesertim Isocratis praeceptis, idoneum reddidisse ad historiam, caeteraque opera, quae meditatus esset, conscribenda; quae singula recensebo, postquam, quod promisi, caeteros Theopompos, praecipuos certe, enumeravero.

Igitur Theopompi nostri cognomines, quorum nonnulli eo cautius a Chio distinguendi, quo facilius cum eo et confundi possunt, et confusi sunt, quorumque nonnullos recensuit Meursius ad Apollon. Dyscol. c. X. occurrunt sequentes:

Theopompus Rex Lacedaemoniorum, de quo Pausan. III. 7 et passim, qui ephoros regibus opposuit. Cicero de Leg. III. 7. Memoratur etiam a Plutarcho in Numa p. 58, qui eius dicteria retulit in Apophthegm. Laconicis.

Theopompus Thessalus, qui in Olympico certamine praemium abstulit Olymp. LXXXVI. Diod. Sic. XII.

XII. 33. Anonymus Olymp. descript. ad hanc Olymp.

Theopompus Athenarum Archon Ol. XCII. 2. Diod. XIII. 38. Plutarch. Op. Tom. II. p. 833. Eundem commemorat Philochorus apud Schol. Eripid. Orest. vs. 371 et 770, qui addit eum archontem fuisse ante Dioclem, quamquam secundum Diodorum XIII. 43, coll. 54. inter hunc et Theopompum intercesserit Glaucippus.

Theopompus Atheniensis, Comicus, qui, teste Suida, veteris fuit Comoediae et viginti quatuor fabulas edidit; quas cum recensere non attineat, indicatas quippe a Meursio l. c. et Fabricio et Harlesio Bibl. Gr. II. p. 501 sq. Harl., pauca tantum annotabo.

Fabula Τισάμενος, citata ab Harpocratione v. καταπλὴξ et aliquoties a Scholiaste Aristophanis, minus recte a Vossio de Hist. Gr. p. 31. putatur Theopompi Chii epistola ad Tisamenem quemdam scripta.

Ἡδυχάρης citatur ab Harpocratione v. κατάχύσματα. Schol. Aristoph. Plut. v. 768. Athenaeo XV. p. 690 A. simul cum eiusdem fabula inscripta Ἄδμητος. Nescio vero an eius Αὐτοχάρης, quae citatur a Diogene L. III. segm. 43, vitio sic appelletur, eademque sit ac Ἡδυχάρης, cf. Fabricius l. c.

Theopompi Comici meminit Priscianus L. VII. p. 731. ed. Putsch. ubi eum χάρη pro vulgari χάρης usurpare docet. Eundem credo significavit Grammaticus in Anecdot. Bekker. v. Ἀρίβαλλος et αὐτόχειρα, p. 444, 25. et 468, 8. siquidem utroque loco cum Aristophane coniungitur; eiusdemque videtur, quod citavit Zonaras v. Εὐοδεῖν —: ἀλλ' εἰ δοκεῖ, χρὴ ταῦτα δρᾷν, εὐοδεῖν πορεύομαι. Ubi quae vox superflua videatur Tittmanno non exputo. Cum Comico hoc, pervulgato errore, Chius aliquoties confunditur, veluti a Theodoro Metochita, coll. cum Plutarcho Lysandr. p. 440. c. 13. Vide quae suo loco notabimus.

Theopompus Colophonius, Epicus poëta, cuius Ἁρματίου fragmentum occurrit apud Athenaeum IV. p. 183 C. et Cypriacum carmen citatur a Fulgentio Mythologo p. 36. Amstel. 1608. Eum voluit, credo, Schol. Apoll. Rh. IV. 57. ubi cum citetur Θεόπομπος ἐν Ἐποποιοῖς, de fabula aliqua huius nominis Comici minus recte intellexisse opinor Meursium l. c. aliosque. Legendum videtur Θ. ὁ Ἐποποιός, a quo propius abest eiusdem Scholiastae Codex Parisinus, quem edidit Brunckius, in quo Θεόπομπος Ἐποποιοῖς.

Theopompus Cnidius, qui inter illustres Cnidios recensetur a Strabone XIV. p. 969. et familiaris Caesaris ab eodem dicitur. Eius certe gratia Caesar Cnidiis munerum vacationem concessisse perhibetur a Plutarcho in Vita p. 730., ubi Theopompus hic vocatur ὁ συναγαγὼν τοὺς μύθους. Eundem commemorat Cicero ad Attic. XIII. 7. idemque fortasse fuit, de quo Cicero Phil. XIII. 16.

Theopompus alius memoratur a Cicerone Ep. ad Quint. I. 3.

Theopompus Sinopensis, cuius librum περὶ σεισμῶν citat Phlegon Trallianus, de reb. mirab. c. 19.

Theopompus, Philosophus Pythagoreus, ad quem epistolam scripsit Libanius I. 20. ed. Lat. H. Stephani.

Theopompus Medicus, quem citat Aetius Medicus p. 840. Vide Fabricium B. G. XIII. p. 435.

In enumerandis scriptis, quae Theopompo Chio tribuuntur, primo loco in censum venit Ἐπιτομὴ τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν, quam duobus libris, una cum Ephoro concinnasse dicitur a Suida: Θεόπομπος — Ἰσοκράτους ἀκουστής· ἅμα Ἐφόρῳ ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἐν βιβλίοις β. Quamquam iam pridem monuit Meursius ad Apollon. Dysc. c. X. locum Suidae hoc modo interpungendum esse: Ἰσοκράτους ἀκουστὴς ἅμα Ἐφό-

φῳ· ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν. Quam interpunctionem probatam Ruhnkenio Hist. Cr. Or. Gr. p. 367. merito receperunt Marxius ad Ephorum p. 34. et Pflugkius p. 35. Nam mirum videatur, ut recte animadverterat Vossius de Hist. Gr. p. 60, 64. Ephorum simul et Theopompum tantillae rei operam dedisse, quam hic exercitii solum caussa instituisse videtur. Accedit, quod Ephorus in Epitome Herodoti nunquam, Theopompus vero aliquoties citatur; velut a Suida, Photio, et, quem primus edidit Bekkerus, Grammatico, apud quem, nondum tunc editum, cum Theopompi Epitomes mentionem invenisset Ruhnkenius, refutavit Vossium, qui eam Epitomen iuniori cuidam Theopompo tribuerat, cum a Grammatico illo non nisi antiqui et optimi Atticistae citati sint.

Ἑλληνικὰς ἱστορίας, relicto Suidae ordine, ideo secundo loco commemoro, quoniam, si epitomen Herodoti excipias, eas ante caetera opera conscripsisse Theopompum, credibile est, siquidem, cum suadente Isocrate ad historiam se contulisset, ab eodem hoc opus conscribendum accepit. Photius Cod. CLXXVI. p. 204. Φασὶ δὲ — τὰς ἱστορικὰς ὑποθέσεις τὸν διδάσκοντα αὐτοῖς προβαλεῖν· τὰς μὲν ἄνω τῶν χρόνων Ἐφόρῳ, Θεοπόμπῳ δὲ τὰς μετὰ Θουκυδίδην ἑλληνικάς; idemque efficitur e Polybio Exc. Val. p. 27. — In Hellenicis eam historiae partem persecutus est, quae inde, ubi desierat Thucydides, ad pugnam navalem ad Cnidum pertinet, septemdecim annorum spatium complexus, ut, praeter citatos Photium et Polybium, testantur Marcellinus Vit. Thucyd. §. 45, Anonymus Vit. Thucyd. §. 5. ed. Poppo, Diodorus XIII. 42. et Anonymus in Olymp. descript. ad Olymp. XCII. 2. ἐνταῦθα Θουκυδίδης τὴν ἱστορίαν κατέστρεψε περιβαλὼν κβ. ἐτῶν χρόνου ἐν βιβλίοις ὀκτὼ, τινὲς διαιροῦσιν εἰς ἐννέα. Ξενοφῶν δὲ καὶ Θεόπομπος ἀφ' ὧν ἀπέλιπε Θουκυδίδης τὴν ἀρχὴν πεποίηνται . . . . . Θεόπομπος δὲ τὰς Ἑλληνικὰς

πρά-

πράξεις διελθὼν ἐπ' ἔτη ἑπτακαίδεκα καταλήγει τὴν ἱστορίαν εἰς τὴν περὶ Κνίδον ναυμαχίαν ἐν βιβλίοις ιβ. cf. Diodorus XIV. 84. Ex quibus locis constat male scripsisse Suidam de Hellenicis Theopompi: ἕπονται δὲ ταῖς Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος. Huius enim Hellenica ab eodem initio ac Theopompi inceperunt, ultra tamen pugnam ad Cnidum, atque adeo ulterius quam Theopompi Hellenica, processerunt. Fortasse scripserat Suidas ἕπονται δὲ ταῖς Θουκυδίδου ὡς καὶ αἱ Ξενοφῶντος. Idem vero quum undecim tantum Hellenicae historiae libros numerarit, caeteri omnes duodecim, videamus num haec conciliari possint; non quo maior fides Suidae vindicetur, qui misere aliquoties lapsus est, sed, ne, quae Theopompus in Philippicis tradiderit, ea aut ad Hellenica referantur, aut alii tribuantur. Nam cum Menophanes, teste Photio Bibl. Cod. CLXXVI. p. 202. duodecimum Philippicorum librum, quinque aliis deperditis adiecerit, Photius vero eundem se legisse dixerit et excerpserit, quae hic tanquam ex hoc libro retulit, ea Heynius Comm. III. de font. et auct. Diodori (Comm. Gott. Tom. VII. p. 111. n¹.) in duodecimo sive postremo Hellenicorum Photium legisse putavit; et Wesselingius Photium, libri titulo deceptum, ea ex Callisthene petivisse. Quorum tamen neutri ausim assentiri. Nam, quae ex illo libro excerpsit Photius, de rebus Acoridis, de bello Artoxerxis adversus Evagoram, de pace Antalcidae, de motibus inde per cunctam Graeciam exortis, ea omnia post pugnam ad Cnidum acciderunt, quibus in Hellenicis vix locus esse potuit. Callisthenis vero Ἑλληνικῶν σύνταξις Theopompi Hellenica non statim excepit, sed initium demum duxit septimo anno post, a pace Antalcidae opera inita; (Diod. Sic. XIV extr.) ut, quae apud eundem Photium legimus, de Abdemone subacto, de Hecatomno, qui iussu Persarum regis Euagorae bellum intulerit,

caet.

caet. complexa esse non videatur. In Philippicis vero Theopompum haec opportune inserere potuisse intelligitur, modo digressionum, quibus in hoc opere frequenter usus est, ratio habeatur. Verum tamen vix putandum est, quem librum Menophanes ἀρχαῖος καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητος ἀνὴρ interiisse dixerit, eundem Photium excerpsisse. Igitur sic existimo: aut Menophanes librum duodecimum Philippicorum deperditum errore dixit, quum id de Hellenicis testari voluisset; aut Photius simili errore de Philippicis accepit, quod de Hellenicis dixisset Menophanes. Quae si probabilis coniectura videatur, ratio in promtu est, cur undecim tantum libros Hellenicorum numerarit Suidas, utpote quot etiam ante Suidae aetatem tantum superessent, cum ab ipso Theopompo duodecim libri scripti essent. Atque haud scio, an huic opinioni praesidium aliquod inde paretur, quod nullum hodie ex duodecimo Hellenicorum libro fragmentum inveniatur.

Caeterorum item librorum Hellenicorum paucissima fragmenta supersunt, adeo ut singula, quae in iis retulerit Theopompus, ex narrationibus Xenophontis Diodori, Plutarchi, aliorumque suspicari magis possimus, quam ex ipsis fragmentis sciamus. Aliquid tamen novimus ex Anonymo vitae Thucydidis auctore, qui §. 5. testatur Theopompum in Hellenicis narrasse, alteram pugnam ad Cynossema, (de qua Diod. Sic. XIII. 46.) ad Cyzicum, in qua vicerunt Thrasybulus, Theramenes et Alcibiades (Id. ibid. c. 50) ad Arginusas, e qua Athenienses victores evaserunt (Idem c. 98 seqq.); et, quae maximorum malorum Atheniensibus caussa fuit, pugnam ad Aegos flumen, ubi cum navibus omnem salutis spem amiserunt Athenienses; postremo accurate exposuisse in quas calamitates Athenarum civitas inciderit, urbis muris deiectis et triginta virorum tyrannide constituta. — Li-

B 3 bro

libro vero undecimo eum retulisse Pharnabazi cum Agesilao congressum, et mutuum utriusque in sanciendo foedere colloquium, quod ex libro quarto Xenophontis Historiae Graecae mutuatus sit, testatur Apollonius Grammaticus apud Eusebium P. E. X. p. 465.

Φιλιππικὰ omnium Theopompi operum praestantissimum fuerunt. In his omnem Philippi Amyntae filii historiam exposuit, ita tamen, ut in Graecarum civitatum et barbarorum res gestas libere digrederetur, inque remotissimam antiquitatem aliquando adscenderet. Quod auctoris consilium reprehendit Polybius Exc. Val. p. 26. nam, cum res Graeciae, inde, ubi desierat Thucydides, enarrare aggressus esset, postquam ad Leuctricam pugnam ac res Graeciae celeberrimas pervenisset, eum, commutato argumento Philippi gesta conscribere instituisse, quum longe praestantius et justius fuisset in opere rerum Graecarum gesta Philippi, quam in gestis Philippi res Graeciae comprehendere. Quamquam nemo, qui huius operis fragmenta vel obiter inspexerit, negaverit, quin, multiplicem cognitionem eruditamque varietatem eo complexus sit, quod etiam sic declaravit Dionysius in saepius laudata Epistola ad Cn. Pomp. p. 151. *γνοίη δ' ἄν τις αὐτοῦ τὸν πόνον ἐνθυμηθεὶς τὸ πολύμορφον τῆς γραφῆς. Καὶ γὰρ καὶ ἐθνῶν εἴρηκεν οἰκισμοὺς, καὶ πόλεων κτίσεις ἐπελήλυθε, βασιλέων τε βίους καὶ τρόπων ἰδιώματα δεδήλωκε, καὶ εἴ τι θαυμαστὸν ἢ παράδοξον ἑκάστη γῆ καὶ θάλασσα φέρει. συμπεριείληφεν ἐν τῇ πραγματείᾳ. Καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ ψυχαγωγίαν ταῦτ' εἶναι μόνον· οὐ γὰρ οὕτως ἔχει· ἀλλὰ πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὠφέλειαν παρέχει.* Unde ingentem in molem hoc opus crevit. Distributum enim fuit in quinquaginta et octo libros, teste Diodoro XVI. 5., cuius verba repetiit Anonymus ad Olymp. CV. 1. Quamquam Suidas loco supra descripto septuaginta duos libros numeravit. Photius vero et caeteri

teri Diodoro assentiuntur. Quinquaginta tamen horum et octo, quinque iam interierant aetate Diodori, quod postrema eius verba indicant: ἐξ ὧν πέντε διαφωνοῦσιν. Quamquam hunc locum nonnulli aliter acceperunt. Bongarsius ad Justin. I. 1. intellexit Theopompum quinque libros Philippicis inseruisse a Philippi historia alienos. Quae, etsi vulgaris significatio sit verbi διαφωνεῖν, hoc certe sensu frequentius occurrit, quam *pereundi* aut *intereundi*, valde tamen dubito, an h. l. ita accipi possit, quum haud sciam, an minus accurate dicatur quinque libros Philippicorum ab argumento alienos fuisse, si quidem per totum opus multo plures fuissent, qui, nisi omnia, magnam saltem partem complecterentur ad Philippum non pertinentia. Neque Rhodomanni versio *de quinque tamen inter haec discrepatur*, quasi de vero eorum auctore discrimen esset, admitti potest. Nam scribere debuisset Diodorus ἐξ ὧν περὶ τῶν πέντε, vel ὧν περὶ πέντε, monente Wesselingio ad h. l. Sola Vossii explicatio, quam assumsimus, vera videtur. Nam primum, hac significatione, licet rariori, hoc verbum aliquoties occurrit. Vide exempla adducta a Wessel. ad Diod. Sic. III. 41. Dein, plane consentit cum Photii testimonio ex quinquaginta et octo libris iam olim quinque interiisse, tres et quinquaginta servatos esse. Non vero debuisset obstare Wesselingio, quod librum LV. Stephanus in Καρύα, libr. LVI. Athenaeus XIII. p. 609 B, libr. LVII. Stephanus in Μεσσαπέαι ad testimonium advocarunt, qui cum lectitarint, quaesivit Wesselingius quomodo Diodori aetate eos periisse diceremus. Perinde ac si deperditi isti necessario postremi habendi essent; ego vero credam, quos interiisse dicat Diodorus, eosdem esse, quos nec Photius vidit: sextum, septimum, nonum, vicesimum et tricesimum, qui etiam veterum testimonio iam antiquitus periissent. Scio ex

hisce etiam libris fragmenta quaedam citari a Grammaticis et Scholiastis, qui diu post Diodorum vixerunt. Sed inde nullum aliud argumentum peti potest, quam, quod saepius factum esse satis constat hos scriptores non ipsum Theopompum legisse, sed superiores, ut Proclum aliosque, descripsisse, qu ipsum lectitaverant.

Philippica cum inter reliqua Theopompi opera, tum ambitu, tum rerum copia excelluerint, prae caeteri: Ἱστορίαι fere appellantur, ut si ἁπλῶς eius ἱστορίαι citentur, quod nonnunquam accidit, Philippica intelligi debeant, animadvertente Vossio de Hist. Gr. p. 64 Notanda tamen hic est Schweighaeuseri sententia a Athenaeum VI. p. 259 F., putantis contra, τὰ Φιλιππικὰ proprie quidem non nisi partem fuisse univers operis, quod inde coeperat, ubi desierat Thucydides, quamquam subinde universa Theopompi Historia sub titulo τῶν Φιλιππικῶν citetur. Itaque videndum esse *ne interdum idem aliquis liber rerum Philippicarum potuerit sub diverso numero citari prout is, qui eum citaverit vel a totius operis exordio, vel ab ipsarum rerum Philippicarum principio initium numerandi fecisset.* Cui sententia primum respondeo, vix probabile esse universum opu Φιλιππικὰ dictum fuisse, partim quidem, quod nullun citatur fragmentum, ex quo id evincatur, partim, quo nemo facile sibi persuaderi patietur, praeter historian Philippi, etiam caetera opera, ut Hellenica, et, s vis, Epitomen Herodoti, Philippica esse appellata, cur in his ne mentio quidem Macedonis regis facta es se videatur. Probabilius statuisset titulum ἱστοριῶ usurpatum esse et κατ' ἐξοχὴν de Philippicis, et de hi coniunctim cum Hellenicis et Epitome. At, ne ho quidem valet, eo sensu, ut unus aliquis liber citare tur diverso numero, prout initium numerandi fiere

au

aut ab universi operis exordio, aut a principio Philippicorum. Nam sequeretur, cum duodecim fuerint libri Hellenicorum, quibus si addideris quinquaginta et octo Philippicorum et duos Epitomes Herodoti, operis universi septuaginta et duos libros fuisse (*). Atqui, quamvis etiam ultimorum Philippicorum librorum passim occurrant fragmenta, nullus tamen liber ultra quinquagesimum septimum memoratur. Philippica vero sola etiam *ἱστορίαι* fuisse dicta, non vero contra, universum opus communi nomine sive *Φιλιππικῶν* sive *Ἱστορίων* insignitum fuisse, inde, opinor, satis efficitur: quod, quae Polybius Exc. Val. p. 21. ex libro quadragesimo nono *τῆς Φιλίππου συντάξεως* Theopompi excitavit, eadem item ex libro quadragesimo nono *τῶν ἱστοριῶν* descripsit Athenaeus IV. p. 167 A. et iterum VI. p. 260 D., operis titulo omisso. Tum quod liber tricesimus tertius *τῶν ἱστοριῶν* citatur ab Athenaeo IV. p. 271 D.; idem vero liber *τῶν Φιλιππικῶν* memoratur a Stephano Byz. *Μελανδία*, et tamen in utroque fragmento de Sicyoniis agitur; ut appareat, utrumque horum scriptorum, unum eundemque librum, etsi diverso titulo, citasse.

Iam si quaeratur de temporis spatio, quod in Philippicis complexus sit Theopompus, deque rebus in iis enarratis, neminem id a nobis exspectaturum puto, ut singula rerum capita exponamus, ordinemque, quo auctor res disposuerit, quae ipsa fragmentorum collectio commodius commonstrabit. Id unum animad-

(*) Vidit Pflugkius hoc animadverso fortasse quem adduci posse, ut a quibusdam haec tria opera communi nomine *ἱστορικῶν λόγων* coniuncta fuisse suspicetur, indeque repeti, quod Suidas septuaginta et duos Philippicorum libros numerarit. Quamquam in tanta huius scriptoris negligentia iure verebatur, ne ex eiusmodi commentis parum certa fieri coniectura posset.

advertamus, Theopompum, postquam libro primo, quasi in prooemio, praefatus esset de superioribus Macedoniae rebus, deque priorum regum successione, eodem libro exordium fecisse ab Olymp. CV. 1. sive ab eo tempore, quo rerum potitus est Philippus; teste Diodoro XVI. 3.; viderique historiam deduxisse ad necem usque Philippi. Nam, cum res ad Chaeroneam gestas enarrarit libro quinquagesimo tertio, eique quinque alios subiecerit, videtur in his ea enarrasse, quae duobus postremis Philippi annis evenerunt. In quinque autem his libris fortasse exposuit, quae gentes, Peloponnesi praesertim, post reportatam a Philippo de Graecis victoriam vel ultro eius se dominationi subiecerint, vel eius imperio obtemperare recusarint, quomodo id breviter fecit Diodorus XVII. 3. Id inde colligo, quoniam, quae hodie horum librorum supersunt fragmenta, ad Peloponnesum maxime pertinent.

In Philippicis vero, etsi Philippi Amyntae filii historiam maxime conscribendam susceperat, in eiusque rebus gestis quasi habitavit, hoc tamen sibi sumsit, ut, quemadmodum verbo monui, quotiescunque offerretur occasio, aliarum quoque gentium historiam adiungeret, et antiquiorem Graecarum civitatum memoriam repeteret. Inde innumerae illae digressiones repetendae sunt, quibus in historia usus est. Sic extremo libro decimo de demagogis Atticis exposuit, quam partem nonnulli a caeteris libris separarunt. Athenaeus IV. p. 166 D. Hinc Scholiastes Lucian. Tim. 29. Tom. I. p. 142. Reitz. Theopompum citavit ἐν τῷ περὶ Δημαγωγῶν. Libro duodecimo exposuit de Acori Aegypti rege a Persarum dominatu deficiente, quam historiam sequenti libro persecutus est; tum eodem libro duodecimo de Euagorae cum Aegyptiis facta societate, eaque occasione de Graecis, qui cum Agame-

memnone Cyprum antiquitus invaserant, et, post alia multa, quae in hac insula, et in Aegypto evenerant, rursus in remotissimam antiquitatem digressus, de heroïbus e bello Troiano reducibus egit, deque regionibus, in Asia praesertim minore, ab iis occupatis. Horum omnium enarrandorum occasionem arripuisse videtur Theopompus ab expeditione Artoxerxis Ochi adversus Cyprum, Phoeniciam et Aegyptum, exposita libris XIV et seq. Ad eandemque expeditionem pertinere opinor fragm. apud Longinum περὶ Ὕψους p. 230. ed. Pearc.; qua tamen de re fusius paullo ad ipsa fragmenta disputabo. Libro vicesimo primo de mari Ionio et Adriatico iisque accolentibus populis latius disseruit. — Omnium tamen longissima digressio est de rebus Dionysiorum, quae tribus integris libris XLI — XLIII comprehensa esset, teste Diodoro XVI. 71.; quamquam is minus accurate eam quinquaginta annorum spatium continere scripsit, si Theopompus, ut ipse testatur, exorsus a Dionysii maioris tyrannide, quae incidit in Olymp. XCIII. 3, hanc Siculae historiae partem persecutus sit usque ad exsilium Dionysii iunioris, Olymp. CIX. 2., ut praeeunte Ionsio de Script. Hist. Phil. I. 9., monuerunt Wesselingius ad Diod. l. c. et Pflugkius p. 59. Laudo interim Hiselii viri doct. diligentiam, qui in disquisitione Crit. de font. et auct. Nepotis p. 99 seq. Diodorum hoc modo excusavit, quod hic non intellexerit Olymp. CIX. 2., quo anno alterum Dionysii exsilium accidit, verum Olymp. CVI. 1., quo anno, ipso Diodoro teste XVI. 17., Dionysius exilio in Italiam abiit. Non infitior haec aliquo modo comprobari ipsius Diodori verbis XV. 73. ubi tradit, Dionysium maiorem obiisse Olymp. CIII. 1., postquam *triginta et octo* annos regnasset, et filium Dionysium eodem anno ei succedentem imperium *duodecim* annos tenuisse, igitur ad

Ol.

Ol. CVI. 1; ut si ad hunc annum res Siculas persecutus esset Theopompus, non posset dubitari, quin quinquaginta annorum spatium complexus esset. Atqui postea rediit Dionysius, et Syracusarum imperium recuperavit (Diod. XVI. 68.), idque ad alterum exsilium (Ol. CIX. 2.) tenuit. Haec tempora non praetermisit Theopompus. Nam alterum Dionysii exsilium eum narrasse constat e Polybii Exc. Sent. l. XII, inventis et editis ab Angelo Maio; quin eius vivendi rationem, dum Corinthi degebat, exposuit apud Aelianum; quae loca inter fragm. libr. Phil. quadragesimi exhibebo. Igitur, etsi potuit Diodorus Dionysii iunioris dominatus annos iure quodam suo priori exsilio terminare, idem tamen Theopompum fecisse testari non potuit. Sed ex ipso Diodori loco, quo id tradidit, apparet, eum id se ipso invito scripsisse, neque ea reputasse, quae antea scripserat; nam Theopompi historias rerum Sicularum complexas esse ea tempora, quae currunt ab initio Dionysii majoris dominatus ad ἔκπτωσιν Διονυσίου τοῦ νεωτέρου, animadvertit, postquam superiori capite (XVI. 70.) narrasset eundem Syracusis exsulem Corinthum devectum esse, et quidem ex ipso Theopompo, ut postea suo loco ostendemus. Unde sequitur Diodorum h. l. ambo exsilia Dionysii iunioris errore confudisse. In libris tamen XXXIX et XL Theopompum iam de Dionysio eiusque familia egisse, viderunt Wesselingius et Heerenius de font. et auct. Iust. l. c. p. 195. n². p., et quae exhibebo fragmenta satis declarabunt; ex unico vero, quod libri XLII inveni, fragmento, quid in hoc libro retulerit Theopompus parum constat; et libro XLIII de urbibus Italiae, Celticae, Iberiae exposuit, de Siculis rebus omnino siluit. Ut haud dubitem, quin Diodorus in librorum etiam numero indicando errarit. Libro etiam viccsimo primo Dionysii tyranni

res

res attigit, quamquam id ὡς ἐν παρόδῳ fecisse putandus est, Italiae urbes et populos recensens. Monuit autem Heerenius, quae apud Iustinum libris XX et XXI ex Trogo de Siculis rebus legimus, ex hac potissimum parte Theopompi historiae hausta esse.

Ad easdem illas digressiones in Philippicis Theopompi obvias retulerim Θαυμάσια, ut vocantur, quae, etsi a plerisque ita fere citentur, ut separatum opus fuisse videantur, non tamen nisi Philippicorum partem fuisse colligitur e locis Dionysii et Apollonii Dyscoli, hoc jam pridem eodem consilio adhibito a Marxio ad Ephor. p. 52, utroque a Pflugkio p. 40. Nam Dionysius Hal. Epist. ad Cn. Pomp. p. 131., postquam mirabilem rerum et copiam et varietatem in Theopompi historia indicasset, addit: καὶ εἴ τι θαυμαστὸν ἢ παράδοξον ἑκάστη γῆ καὶ θάλασσα φέρει, συμπεριείληφεν ἐν τῇ πραγματείᾳ. Apollonius vero Hist. Comm. c. 1. καθάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ εἰρήκασιν, ἔτι καὶ Θεόπομπος ἐν ταῖς Ἱστορίαις ἐπιτρέχων τὰ κατὰ τόπους θαυμάσια. Noli vero putare Theopompum omnia haec mirabilia passim oblata occasione Philippicis inseruisse, etsi id ex utroque hoc loco efficias, et Theopompus revera hic illic mirabilia prorsus retulerit, ut libro vicesimo de leporibus circa Bisaltiam, et libro quinquagesimo quinto, siquidem fragmentum apud Polybium ad hunc librum referendum sit; nam Theopompum pleraque mirabilia, quae undique conquisivisset, uno quodam libro comprehendisse, qui ab argumento Θαυμάσια appellatus sit, omnino ut liber decimus περὶ Δημαγωγῶν, inde constat, quod alioquin vix in Θαυμασίοις, quasi in certo quodam loco, citari potuisset, quomodo id fecerunt Apollonius Dysc. c. 10. et Servius ad Virg. Ecl. VI. vs. 13. *Haec autem omnia de Sileno a Theopompo in eo libro, qui* Thaumasia *appellatur, conscripta sunt.* Existimo autem Θαυμάσια non alia

esse

esse quam *Octavum* Philippicorum librum, permotus praesertim quod nobilem Sileni et Midae fabulam, quam, servatam ab Aeliano III. 18, in Θαυμασίοις narrasse Theopompum ait Servius l. c., eandem a Theopompo in Octavo Philippicorum libro relatam esse testatur Theo. Soph. Prog. p. 15. ed. Heinsii: nam ibi ἡ τοῦ Σειληνοῦ legendum esse pro ἡ τοῦ σελίνου, quum *de apio* nulla sit narratio, probabiliter monuit Valckenaerius ad Herod. IV. 167. Accedit quod alia mirabilia ex eodem hoc libro octavo Theopompi citantur; veluti a Diogene Laërtio procem. p. 2. Omnia tamen mirabilia e Theopompo servata, ut ab Antigono Carystio, non addito Θαυμασίων libri titulo, ad eundem librum referre non ansim, quòd aliquid θαυμαστὸν nonnunquam alio etiam loco commemorare potuerit. Theopompi σύγγραμμα περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων χρημάτων aliquoties citatur, velut ab Athenaeo XII. p. 532 D. et XIII. p. 604 E. Librum vero hunc non separatum opus, sed, quemadmodum ii de demagogis Atticis, deque rebus mirabilibus, maioris operis partem aliquam fuisse opinor. Vix enim mihi persuadeo Theopompum, qui hisce de rebus procul dubio egerat, quum de bello sacro exponebat, quod in Philippicis praeterire silentio non potuit, iisdem de rebus rursus separato opere egisse. Sed constat etiam diserto testimonio Scholiastae Aristophanis Av. vs. 557. Theopompum libro vicesimo quinto Philippicorum de bello sacro egisse, idemque efficitur e fragmento ex eodem libro a Scholiaste Apollonii Rhodii IV. v. 973. excitato. Quum vero e libro tricesimo eiusmodi servata sint fragmenta, quae ad historiam huius belli pertinere videantur, veluti ab Harpocratione Κορσίαι, cuius urbis nomen in eadem re narranda occurrit apud Diodorum XVI. 58, tum v. Πύλαι et Ἱερομνήμονες, suspicor Theopompum his et interiectis libris illam hi-

historiam exposuisse, inque eorum uno aut pluribus accuratius egisse de direptis Delphici templi divitiis, qui inde titulum tulerint *περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων χρημάτων*. Atque haud scio an inde forsan ratio repetenda sit, quod hi libri addito eorum numero nunquam citentur, utpote peculiari titulo insigniti.

Praeter haec maiora opera, epistolam ad Alexandrum scriptam postea edidit. Eius *ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον* memoratur ab Athenaeo XIII. p. 595 A, quae etiam aliis titulis circumfertur; nam quae vocatur *συμβουλαὶ πρὸς Ἀλέξανδρον*, ab Athenaeo VI. p. 250 F, quam *συμβουλευτικὸν πρὸς Ἀλέξανδρον* Cicero appellat ad Att. XII. 40, non alia videtur. Quod cum animadversum iam pridem a Ruhnkenio Hist. Cr. Or. Gr. p. 570. et a Pflugkio p, 48., tum manifestum est, quum res inde memoratae eiusdem prorsus sint naturae eodemque spectent. Nam eo consilio scripsisse hanc epistolam Theopompus videtur, ut immoderatam vivendi rationem et crudelitatem nonnullorum Chiorum apud Regem insectaretur, quorum et ipse iniuriam passus esset, quum ab iis cum patre fugere cogeretur. Eadem epistola appellata videtur *αἱ περὶ τῆς Χίας Ἐπιστολῆς*, quomodo citatur ab Athenaeo XIII. p. 586 C., ubi pro *Θεόπομπος ἐν τοῖς περὶ τῆς Χίας ἐπιστολῆς* Casaubonus legendum censuit *ἐν ταῖς Ἀρχαϊκαῖς ἐπιστολαῖς*, suffragante Pflugkio. Cui tamen emendationi, utpote longius ab Athenaei scriptura recedenti, Sylburgii ad Dionys. Hal. *ἐν τῇ πρὸς τοὺς Χίους ἐπιστολῇ* coniecturam praetulit Schweighaeuserus, etsi etiam hanc eo nomine suspectam habuit, primum, quod vix appareret, cur in epistola *ad Chios* potissimum *de Harpali commercio cum meretricibus* (nam hac de re illo loco agitur) disseruerit; tum vero, quod eaedem res ex hac epistola memoratae, item in epistola Theopompi ad Alexandrum inveniuntur. Igitur intellexit Schweigh.

Schweigh. Theopompi epistolam ad Alexandrum περὶ τῆς Χίας, i. e. *de terra Chia*, scribendumque esse h. l. ἐν τῇ περὶ τῆς Χίας ἐπιστολῇ, aut si plures fuerint, ἐν ταῖς — ἐπιστολαῖς. Equidem nihil demuto, et titulum ἐν τοῖς περὶ Χίας ἐπιστολῆς, accipio, ἐν τοῖς συγγράμμασι, vel ἐν τοῖς λόγοις, vel simile quid, περὶ τῆς Χίας ἐπιστολῆς, ut commentarius vel scriptio quaedam intelligatur ad Alexandrum de Epistola, quam hic ad Chios miserat. Nam Alexandrum epistolam misisse tum ad Ioniae civitates, tum in primis ad Chios, constat ex Athenaeo XII. p. 539 F.; eumque litteras misisse, quibus Chios permoveret, ut Theopompo patriam restituerent, intelligitur ex supra descriptis verbis Photii. Criminationes vero illas adversus Chios in Theopompi ad Alexandrum epistola respexit Suidas v. Ἔφορος· ἐπέστελλε δὲ πολλὰ κατὰ Χίων Ἀλεξάνδρῳ. Eandemque epistolam aliasque ad Alexandrum scriptas, communi nomine ἐπιστολὰς ἀρχαϊκὰς dictas putem, quoniam, quam Theopompi acerbitatem in epistolis ἀρχαϊκαῖς conspicuam esse docet Dionysius Ep. ad Cn. Pomp. p. 132, eandem hodieque in paucis, quae epistolarum ad Alexandrum supersunt, fragmentis deprehendimus; quaeque ab Athenaeo tum e τοῖς περὶ τῆς Χίας ἐπιστολῆς, tum ex ἐπιστολῇ πρὸς Ἀλέξανδρον citantur, ad eundem hominem (Harpalum) pertinent, similisque sunt argumenti. Ἀρχαϊκαὶ autem illae epistolae vocantur a Dionysio Hal. loco citato et paulo ante, quamquam nonnulli Dionysii libri Ἀχαϊκαὶ referunt, quod tamen emendavit Valckenaerius in ἐπιστολάς τε τὰς ἀρχαϊκῶς γραφομένας, a qua emendatione, probata a Ruhnkenio l. c., non multum discrepat prior explicatio Sylburgii tituli ἀρχαϊκαὶ, *antiquo stilo scriptae*. Ea minus placuit Pflugkio, quaerenti *quid sordium ex antiquo more Theopompus corraserit, ut hae epistolae inde nomen acciperent*. Non tamen

men opus fuit sordibus. Fortasse eas attica veteri dialecto, qua haud ita pridem ntebantur nonnulli e Graecis, conscripsit; id saltem potius crediderim quam Theopompum hisce epistolis egisse *de prisci aevi virtutibus*, quam alteram Sylburgii explicationem, usquedum melius quid afferatur, amplectitur Pflugkius, *simul* cum titulo proposito a Sylburgio: *ἀρχαϊκὰς ἐπιγραφομένας*. Hanc enim explicationem eo minus admiserim, quod in epistolae ad Alexandrum fragmentis de virtutibus nihil, multa de quorundam hominum vitiis reperiuntur, quod itidem vidit Pflugkius. Multas etiam composuit Orationes panegyricas et suasorias, ut et ipse Theopompus testatur apud Photium p. 203, et Dionysius Hal. l. c. Eo pertinuisse videntur eius laudationes Philippi et Alexandri, quarum meminerunt Theo Prog. p. 19 et 103, et Suidas v. Ἔφορος, qui addit, eum etiam *Vituperium Alexandri scripsisse* perhiberi, quod tamen periit. Quatenus vero hoc eloquentiae genere excelluerit, ex honorifica victoria intelligitur, quam oratione funebri in laudes Mausoli habita antea reportaverat. Denique librum composuit *περὶ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς*, qui quo consilio et animo scriptus fuerit, si non appareret ex fragmento huius libri, servato ab Athenaeo p. 508 D., neminem lateret, qui novisset quam acerbe Plato omnes rhetores irriserit, tum, quod ex omnibus Socraticis unum Antisthenem Theopompus laudavit. Diogen. Laërt. VI. p. 141.

Apparet ex tot operum recensione, quae fuerit Theopompi doctrinae et copia et varietas. Restant opera, alia perperam Theopompo ab ipsis veteribus tributa, alia, de quibus etiam nunc dubitatur. Quae age hic ordine subiiciamus.

Libri *ὁ τριπολιτικὸς* inscripti Theopompum nonnulli falso auctorem existimarunt. Iosephus contra Apion.

p. 1051. ed. Genev. universe negat Theopompi hoc esse opus, etsi verum auctorem non indicat, qui tamen aliunde satis notus est. Nam Anaximenes Lampsacenus, Aristoclis filius, qui ipse rhetor erat, suscepta cum Theopompo inimicitia, arte, quam in primis callebat, caeterorum rhetorum dicendi genus imitandi, invidiosam vindictam sumsit, conscripto opere maledictorum pleno in Athenienses, Lacedaemonios et Thebanos. In hoc eum Theopompi dictionem expressit, tum eius insuper nomen inscripsit, librumque per maximas Graeciae civitates sparsit, ut Theopompus ab omnibus libri auctor haberetur. Unde invidia et odium, quibus multi iam pridem Theopompum insectabantur, mirifice creverunt. Rem narrat Pausanias VI. 18, et ex eo Suidas v. Ἀναξιμένης Ἀριστοκλέους. Quòd vero in hoc libro tres civitates traducebantur, inde ratio nominis τριπολιτικοῦ satis explicatur. Sed citatur etiam, veruntamen rarissime, Τρικάρανος, veluti a Luciano Pseudolog. 29, Tom. III. p. 185. Reitz. τίς οὕτως ἐν λόγοις μεγαλότολμος, ὡς ἐπὶ μὲν τοὺς τρεῖς μοιχοὺς ἀντὶ ξίφους τρίαιναν αἰτεῖν, τὸν δὲ Θεόπομπον ἐπὶ τῷ Τρικαράνῳ κρίνοντα φάναι, τριγλώχινι λόγῳ καθῃρηκέναι αὐτὸν τὰς προὐχούσας πόλεις, καὶ πάλιν, ἐκτριαινῶσαι αὐτὸν τὴν Ἑλλάδα, καὶ εἶναι κέρβερον ἐν τοῖς λόγοις. In quo loco expediendo Gesnero, viro magno, non accedo, qui, τρικάρανον castellum terrae Phliasiae intelligens, *videtur ergo*, notat, *in illo libro commemorasse actionem aliquam suam Theopompus, qua de Tricarano iudicaverit*, et τὸ κρίνοντα ad Theopompum retulit; quod ut valeret, certe quod sequitur αὐτὸν deletum oporteret; ut vere monet Pflugkius. Postea vero idem Gesnerus Τρικάρανον inter deperditas fabulas Theopompi Comici numeravit. Quodsi tamen, quod proposuit idem Pflugkius, κρίνοντα referatur ad praecedens μεγαλότολμος, isque sit Timarchus

An-

Antiochenus, qui adversus Theopompum clamitans, eum accusaverat, quod praeclarissimas civitates verbis pessum dederat; porro si teneatur, principes Graeciae civitates fuisse has tres: Athenas, Spartam Thebas, has easdem fuisse credendum est, quas Theopompum vituperiis affecisse querebatur Timarchus, eoque pertinuisse voces Τριγλώχινι λόγῳ et cognomen Κερβέρου, quod Theopompo addidit; quas civitates reputanti in eo quoque libro, quem Theopompo Anaximenes supposuit, accusari, mihi certe non audacius fecisse videtur Pflugkius, quum subdititium Τριπολιτικὸν et Tricaranum non diversos fuisse coniecit, adhibito etiam alio loco Luciani Fugit. §. 32 seq., ubi in etymologia nominis Τρικάρανος similiter lusit facetissimus scriptor.

Libri octavi historiae Thucydidis Theopompus a nonnullis auctor habebatur. Cui opinioni ansam dedisse videtur, quod, cum septem priores Thucydidis libri concionibus disertissime compositis repleti, omnibus rhetoricis artibus ornati, maxima omnino diligentia et cura essent elaborati, haec omnia in octavo prorsus desiderabantur. Quod ut verissime pronunciatur a quovis, qui opus legerit, sic tamen inde nemo argumenti quid petiturus est, qui reputet Thucydidem, quum historiam belli Peloponnesiaci ad captas usque Athenas a Lysandro persequi voluisset, ut ex ipso intelligitur II. 65. V. 26, ipsi operi immortuum esse, indeque factum esse, ut caetera, quae nunc plane desiderantur, tum librum octavum, etsi materiam paratam haberet, elaborare non potuerit. Nam vixisse eum bello finito, tum apparet ex locis citatis, tum e libro I. 13 et 18. Quamquam, ne dicam hoc loco de filia Thucydidis deque Xenophonte, quibus alii librum octavum tribuerunt (Marcellin. Vit. Thuc. p. 331. Poppo), ut in hoc libro cum praecedentibus

comparato, sui ipse dissimilis est Thucydides, sic magis ab eiusdem libri stilo distat Theopompi ratio, quod animadvertas oportet, si huius innumerabiles fabulas cogites, in Thucydide vix reperiundas, tum concursionem vocalium, quam, Cicerone monente, Or. 44, ille maximo opere fugiebat, hic non improbabat, postremo Theopompi elationem et altitudinem orationis, quibus, eodem indice, Brut. c. 17, Thucydidis concisis sententiis, interdum non satis apertis officiebat, nt ne cogitando quidem assequi possimus alterum in alterius nomen invasisse; quod etiam animadvertit Bakius V. Cl. in praeclara censura Popponiani Thucydidis Bibl. Cr. Nov. P. II. p. 240. Caeterum animadvertendum, non omnes veteres, praeter Marcellinum, librum octavum Thucydidis Theopompo tribuisse. Nam Diodorus, quocum consentit Anonymus in Olymp. descr. ad Ol. XCII. 2, octo Thucydidi libros tribuit, quin etiam credidisse addit nonnullos opus novem libris constitisse; XII. 37. XIII. 42. Et Grammaticus in Anecd. Gr. Bekkeri Tom. I. p. 104. 20. v. καταβοὴ, librum octavum sub Thucydidis nomine citavit.

Postremo superest liber περὶ εὐσεβείας Theopompo Chio tributus a Scholiaste Aristoph. Av. vs. 1354. et a Tzetze Chil. XII. vs. 557. In quorum tamen utroque loco Theopompum pro Theophrasto citari putat Ruhnkenius Hist. Cr. Or. Gr. p. 571. Memoratur, fateor, Theophrasti liber περὶ εὐσεβείας, veluti a Diogene Laërtio V. p. 126, nec mihi, praeter citatos, succurrit locus, in quo hic liber sub Theopompi nomine laudetur, nisi eo referatur Porphyrius de Abstinentia II. p. 127, ubi Theopompus nominatim citatur, et cuius loci argumentum eius est naturae, ut ad librum περὶ εὐσεβείας commode possit referri, quemadmodum fecit eruditissimus huius auctoris editor Rhoerius, quamquam Theo-

Theopompum ibi memorari putat pro Theophrasto. Non sum ego nescius Theopompum et Theophrastum saepius confundi, et hunc pro illo aliquoties memorari, veluti a Plutarcho Agesil. c. 36. coll. Athenaeo XV. p. 676 D. et ab Epitomatore Athenaei IV. p. 144 F., ubi tamen ipse Athenaeus Theopompum habuit, et melius, ut ex addito operis titulo manifestum est. An vero contra Theopompus pro Theophrasto nonnunquam occurrat equidem statuere non ausim, exempla mihi certe desunt. Quamobrem, etiamsi praeeunte magno Ruhnkenio, neque apud Scholiasten Aristophanis, neque apud Tzetzen pro Theopompo Theophrastum intellexerim, ita quidem, ut librum ab utroque eorum illi tributum ei abiudicem, eoque minus, quod Theopompum eiusmodi argumenti librum scripsisse adducor ut credam a Dionysio Hal. in Ep. ad Cn. Pomp. p. 132, qui post alia de Theopompo ita pergit: καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, ὅσα φιλοσοφεῖ παρ' ὅλην τὴν δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς διεξερχόμενος λόγους. In alto vero ipsorum veterum de hoc opere Theopompi silentio nolo quid statuere, fragmentaque, quae huius operis sub Theopompi nomine feruntur, dum certius quid proferatur, inter caeteras eius reliquias exhibebo, sive huius sint sive Theophrasti. Interim id animadverto, si librum περὶ εὐσέβειας revera composuerit Theopompus, in eodem libro illum mihi videri res sacras curiosius inquirere studuisse, quae res, ut per somnium admonitus erat, caussa fuit, cur per triginta dies mente captus fuerit, quod retulerunt Iosephus Ant. Iud. XII. p. 397. ed. Genev., Euseb. P. E. VIII. p. 354. ed. Paris. 1628. et Cedrenus p. 165. ed. Paris.

Postquam Theopompi opera recensuimus, sequitur ut videamus quo ille modo in illis conscribendis versatus sit. Qua in re, quod ab initio instituimus,

cum Theopompi monumenta nobis inviderit fortuna; eorumque fragmenta non satis praebeant, unde certum iudicium informaremus, id collectis veterum testimoniis inquirere, eundem morem servabimus. Quodsi vero integra Theopompi monumenta historica superessent, vereor ne invenirentur acuti et male seduli censores, qui multa in iis reprehenderent, potissimum, si ea ad leges exigerent, quas historiarum scriptoribus praescripsit Cicero de Orat. II. 15, cuius verba apponere iuvat. *Nam quis nescit*, inquit, *primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? deinde, ne quid vere non audeat? ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis? Haec scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Ipsa autem exaedificatio posita est in rebus et verbis. Rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem: vult etiam, quoniam in rebus magnis memoriaque dignis consilia primum, deinde acta, postea eventus expectantur, et de consiliis significari quid scriptor probet, et de rebus gestis declarari, non solum quid actum aut dictum sit, sed etiam quomodo: et cum de eventu dicatur, ut causae explicentur omnes, vel casus, vel sapientiae, vel temeritatis: hominumque ipsorum non solum res gestae, sed etiam, qui fama ac nomine excellant, de cuiusque vita ac natura. Verborum autem ratio et genus orationis, fusum atque tractum, et cum lenitate quadam aequabili profluens, sine hac iudiciali asperitate, et sine sententiarum forensium aculeis persequendum est.* At Theopompus, etsi ea vixit aetate, qua, antiquissimorum logographorum exilitate remota, eloquentia quaedam sublimior invaluerat, quam, dum pridem exstiterat, factiones et motus civiles aluerant, rhetorum praecepta adornaverant, et historiae scribendae ars incredibiles progressus fece-

cerat; quum esset Isocratis, qui erat ipse Gorgiae, egregii magistri, discipulus, praeceptis quasi enutritus et imbutus, alios longo post se intervallo reliquit; eius tamen tempore ars historiae non eos radices egerat, quam quidem apud Romanos, ipsis a Graecis edoctos, tempore praesertim Ciceronis, quum ea ars ad maximum fastigium adscenderat, et historia iam ea invaluerat, quae πραγματικὴ appellatur. Ac videtur Cicero haec praecepta praescripsisse, post optimos demum lectos historicos, veluti Polybium, quem quanti fecerit scripta Ciceronis satis declarant. Quamquam ne Cicero quidem Theopompi scribendi genus damnavit, quin illud saepius magnifice laudavit, nec semel aliis ad imitandum proposuit, ut e sequentibus satis apparebit.

Ac dictio quidem Theopompi ad exemplum Isocratis formata qualis fuerit, discimus a Dionysio Ep. ad Cn. Pomp. p. 132: 'Ο δὲ λεκτικὸς, Ἰσοκράτει μάλιστα ἔοικε· καθαρὰ γὰρ ἡ λέξις, καὶ κοινὴ καὶ σαφὴς. ὑψηλή τε καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ τὸ πομπικὸν ἔχουσα πολὺ, συγκειμένη τε κατὰ τὴν μέσην ἁρμονίαν, ἡδέως καὶ μαλακῶς ῥέουσα. cf. Vet. Scrip. Cens. p. 70. Elationem et altitudinem, ductam haud dubie ex rhetoricis Isocratis scholis, Theopompeae orationi tribuit Cicero Brut. 17, qua Thucydidis et Philisti concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis cum brevitate, tum nimio acumine, offecerit. Et quamquam, Dionysio iudice in Isaeo p. 111, Isocrateam vim dicendi non ubique assequi potuerit, et, quemadmodum existimat Photius Cod. CLXXVI. p. 204, τῆς κατὰ τὴν ἐργασίαν ἀκριβείας, longo post magistrum intervallo relictus fuerit, omnem tamen ab eo orationis colorem sumserat, adeo quidem, ut, quae in Isocrate reprehenderent censores, eadem vitia in Theopompi scriptis invenirentur. Nam, cum Isocrates maxima cura studuisset

ut concursio evitaretur vocalium, idem imitati sunt discipuli. Demetrius de Elocut. §. 68. Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτὰ (τὰ φωνήεντα γράμματα) καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ. Quod tamen si aliquomodo in magistro tolerabant, qui studio et consuetudine id esset assecutus, ut ars ipsa arte quadam obtecta naturam prope repraesentare videretur, id tamen in discipulis affectatam et nimis curiosam verborum compositionem iudicarunt censores. Nam de Theopompo Dionysius Ep. ad Cn. Pomp. εἰ δ' ὑπερεῖδεν ἐν τούτοις, ἐφ' οἷς μάλιστα ἂν ἐσπούδακε, τῆς τε συμπλοκῆς τῶν φωνηέντων γραμμάτων, καὶ τῆς κυκλικῆς εὐρυθμίας τῶν περιόδων, καὶ τῆς ὁμοειδείας τῶν σχηματισμῶν, πολὺ ἀμείνων ἂν ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ κατὰ τὴν φράσιν. cf. de Vet. Scrip. Cens. l. c.

Alterum quod h. l. in Theopompo reprehendit Dionysius τὴν κυκλικὴν εὐρυθμίαν τῶν περιόδων, *in orbem circumductam orationem*, eam ex Isocratis scholis desumserat, ad eiusque exemplum in suis ipse scriptis admiserat. Quamquam id item in Isocrate mirabantur antiqui. *Nam*, ut Cicero scripsit Orat. 52, *qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primum adiunxerit. Cum enim videret, oratores cum severitate audiri, poëtas autem cum voluptate: tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur, cum iucunditatis causa, tum, ut varietas occurreret satietati.* Intellexerat enim in soluta etiam oratione, dum versum effugeres, modum tamen et numerum, quos ῥυθμὸν et εὐρυθμίαν Graeci appellant, quendam oportere servari. Idem Brut. c. 8. cf. de Orat. III. 44. Quinctil. I. O. IX. 4. Unde per imprudentiam saepe etiam minus usitati, sed tamen versus, inculcantur; quod vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum esse praecepit Cicero Or. 56.

56. 20, et a quo ne Isocrates quidem plane abstinuit, si quidem ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus elegit Hieronymus Peripateticus, plerosque senarios sed etiam anapaestos, quo, eodem Cicerone iudice, nihil esse potest turpius. Ephorus etiam librum περὶ λέξεως hoc versu incepit:

Πάλιν δὲ περὶ τοῦ εὐρύθμου διέξειμι.

apud Theon Progymn. p. 25., de quo loco vide Marx. ad Ephor. p. 265. Quodsi tamen id in Isocrate minus aegre tulerunt censores, quoniam, ut Cicero animadvertit, ne accidat, observari difficulter potest, nec necesse est semper, in discipulis tamen, veluti Dionysius in Theopompo, reprehenderunt. Alia enim est ratio periodi oratoriae, alia historiae. Illa se ipsa magis delectationemque spectat, quae, eleganti verborum collocatione, nonnunquam contorta, et ornatu comparatur, haec veritatem et gravitatem unice requirit, quas simplex et sua quasi sponte profluens oratio gignit. Quamquam haud scio an Dionysius non omnem circumscriptionem aut, si mavis, comprehensionem verborum in Theopompo omnino damnarit, sed an eo tantum pertinuerit eius reprehensio, plus iusto Theopompum huic verborum circumscriptioni studuisse, idque, arte non satis celata, nimis ostendisse. Cicero certe postquam de numeris oratoriis egerat, docueratque in soluta etiam oratione eos adhibendos esse, in historia, et in eo, quod ἐπιδεικτικὸν appellatur, sibi placere testatur omnia dici Isocrateo Theopompeoque more, illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. Orat. 61. Antitheta etiam, quibus, cum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa effici, et eum sine industria docet Cicero Or. 50, multum adamavit Theopompus, teste

Demetrio de Elocut. §. 250, eiusque figurae oratoriae exempla occurrunt in fragmento libro XLIX; ubi vide quae notabimus.

Reprehendit in Theopompo Longinus de Subl. c. 43. quod, singula enarrans, nonnunquam ex sublimioribus ad humiliora descenderit, cum eum oportuisset ποιησάσθαι τὴν αὔξησιν ἔμπαλιν; veluti in describendo apparatu regis Persarum, Aegyptiis bellum illaturi. Alio tamen loco (c. 31.) eum ob eximium verborum dilectum, quae rei declarandae optime inserviant, dilaudat, ut in hoc: Δεινὸς ὢν ὁ Φίλιππος ἀναγκοφαγῆσαι πράγματα. Nonnulla etiam vocabula, aliis incognita, adhibuit, in his: τρίδουλος, τρίπορνος in Epistola ad Alexand. apud Athen. XIII. p. 595 B, ubi vide Schweigh., ἀπολῖται, ἀφέταιροι, ἀπαθηναῖοι. Pollux III. 58. ἀποκήρυκτος. Idem IV. 93, ubi addit Theopompo non satis iudicii et dilectus in verbis fuisse. Quamquam ab hac et similibus accusationibus satis eum vindicavit acutissimus iudex Dionysius, tum in verbis, quae initio huius loci descripsimus, et per totam egregiam Epistolam ad Cn. Pompeium, tum de Comp. verb. p. 26., ubi Ephorum et Theopompum florida et polita verborum compositione caeteris historicis excelluisse censet. Ἐποποιῶν μὲν οὖν ἔγωγε μάλιστα νομίζω τουτονὶ τὸν χαρακτῆρα (τὴν γλαφυρὰν καὶ ἀνθηρὰν σύνθεσιν) ἐπεξεργάσασθαι Ἡσίοδον· μελοποιῶν δὲ, Σαπφὼ, καὶ μετὰ ταύτην Ἀνακρέοντά τε καὶ Σιμωνίδην· τραγῳδοποιῶν δὲ μόνον Εὐριπίδην· συγγραφέων δὲ ἀκριβῶς μὲν οὐδένας, μᾶλλον δὲ τῶν πολλῶν Ἔφορόν τε καὶ Θεόπομπον· ῥητόρων τε Ἰσοκράτην. Ut haud mireris Theopompum ab eodem habitum fuisse ἄξιον ζήλου, Vet. Scrip. Cens. Quamquam Hermogenes de formis Or. l. II. c. 12. p. 514, ubi de Hecataeo, nec Theopompum neque Ephorum imitatione tam dignos censuit quam superiores. Exilior vero putanda est laus ei a Dione Chrys. tributa περὶ λόγου p. 256.

Mo-

Morell., qui postquam de Herodoto exposuisset: τῶν δὲ ἄκρων, pergit, Θουκυδίδης ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τῶν δευτερῶν Θεόπομπος· καὶ γὰρ ἱστορικόν τι περὶ τὴν ἀπαγγελίαν τῶν λόγων ἔχει, καὶ οὐκ ἀδύνατος οὐδὲ ὀλίγος περὶ τὴν ἑρμηνείαν καὶ τὸ ῥᾴθυμον περὶ τὰς λέξεις οὐχ οὕτως φαῦλον, ὥστε σε λυπῆσαι. Qui vero teneat quanti Theopompum Dionysius pariter et Cicero fecerint, non multum morabitur Duridis Samii, stolida viri arrogantia, iudicium apud Photium Bibl. Cod. CLXXVI. p. 204. Ἔφορος τε καὶ Θεόπομπος τῶν προγενομένων πλεῖστον ἀπελείφθησαν· οὔτε γὰρ μιμήσεως μετέλαβον οὐδεμιᾶς, οὔτε ἡδονῆς ἐν τῷ φράσαι· αὐτοῦ δὲ τοῦ γράφειν μόνον ἐπεμελήθησαν. Μιμήσιν istam explicavit Marxius ad Ephorum p. 40. n[a]. Subindicat vero ibidem Photius, Duridem ipsa οἰκονομίᾳ, quam in Theopompo requisivit, antiquioribus multo inferiorem, ita de eo iudicasse, iratum quod Theopompus arrogantius de se ipse in operis prooemio praefatus esset. Cum Duridis iudicio iungendum est Apollonii Grammatici, cui Theopompi dicendi genus non admodum placuisse videtur; siquidem, cum animadvertisset, Theopompum libro undecimo Hellenicorum Pharnabazi cum Agesilao congressum ex quarto Xenophontis Hellenicorum libro mutuatum esse, censet, eum huius τὸ ἔμψυχον καὶ ἐνεργὸν suo dicendi genere corrupisse. Modestius paulo, attamen exiliter de Theopompo simul et Ephoro indicavit Philostratus, Vit. Soph.: Θεόπομπον γὰρ τὸν ἐκ Χίου καὶ τὸν Κυμαῖον Ἔφορον οὔτ᾽ ἂν διαβάλοιμεν, οὔτ᾽ ἂν θαυμάσαιμεν.

Dictio igitur Theopompi, quae in singulis verbis conspicitur, qualis fuerit, vidimus. Sequitur ut de dispositione disseramus, quam universe ita quidem probavit Dionysius, ut eius et Hellenica et Philippica eo nomine laudibus digna censeret. Θεόπομπος ἄξιος ἐπαινεῖσθαι — ἔπειτα τῆς οἰκονομίας· ἀμφότεραι γάρ εἰσιν εὐπαρακολούθητοι καὶ σαφεῖς. Improbantur vero in eius ope-

operibus digressiones, quas, iusto saepius narrationi interseruerit. Non quidem, ipsis veteribus docentibus, digressiones omnino evitandae sunt, neque Thucydides, unice fere in suo argumento occupatus ab iis plane abstinuit; nam ipse fatetur, se τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου fecisse. I. 97, et initio libri VI., quae antiquitus in Siciliam advenerant coloniae, per digressionem exposuit; sed eatenus tantum admittendae sunt, ne prorsus evitatae videantur, ut habeat, in quo paululum requiescat, et varietate narrationis animus quasi recreetur; quo consilio Dionysium eas in suis historiis adhibuisse testatur Photius Bibl. Cod. LXXXIII. p. 117. κέχρηται δὲ καὶ παρεκβάσει οὐκ ὀλίγῃ, τὸν ἀκροατὴν ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν ἱστορίαν κόρου διαλαμβάνων ταύτῃ, καὶ ἀναπαύων καὶ ἀνακτώμενος. Quin etiam narrationis ratio aliquando eas inseri iubet. Nam si cuius populi historia enarratur, aliaque gens, quacum commercium quoddam intercesserit, memoratur, huius conditio primum explicanda est, eiusque memoria aliquando ab antiquioribus temporibus revocanda, ne plane illud a lectore ignoretur. Danda tamen est opera, ut digressio cum ipso argumento intime cohaereat, neque errare videatur oratio. Qua in re nescio an nemo superarit Herodotum, cuius totum opus digressionibus repletum, iisque fere unice constans, ὅλον tamen quoddam egregie repraesentat. Quam viam si Theopompus inivisset, vereor ut in censorum reprehensionem incidisset. Verum tamen cum tam prolixas immiscuisset digressiones, quae animum ita abducerent, vix ut ante dicta memoria teneri possent, eo nomine reprehenditur a Theone Prog. p. 44. παραιτητέον δὲ καὶ τὸ παρεκβάσεις ἐπεμβάλλεσθαι μεταξὺ διηγήσεως μακράς· οὐ γὰρ ἁπλῶς χρὴ πᾶσαν παραιτεῖσθαι, καθάπερ ὁ Φίλιστος· ἀναπαύει γὰρ τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν· ἀλλὰ τὴν τηλικαύτην τὸ μῆκος, ἥ τις ἀπαλλοτριοῖ τὴν διάνοιαν

τῶν

τῶν ἀκροωμένων, ὥστε δεῖσθαί πάλιν ὑπομνήσεως τῶν προειρημένων, ὡς Θεόπομπος ἐν ταῖς Φιλιππικαῖς. Δύο γάρ που καὶ τρεῖς, καὶ πλείους ἱστορίας ὅλας κατὰ παρέκβασιν εὑρήσομεν, ἐν αἷς οὐχ ὅπως Φιλίππου, ἀλλ' οὔτε Μακεδόνος τινὸς ὄνομά ἐστιν. Ab hac reprehensione ne Dionysius quidem Ep. ad Cn. Pomp. extr., caeteroquin insignis Theopompi laudator, eum vindicavit, nam ab eo reiiciuntur digressiones, utpote non necessariae et intempestivae, et puerile quid prae se ferentes: ἔστι δὲ ἃ καὶ κατὰ τὸν πραγματικὸν τόπον ἁμαρτάνει, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς παραβολάς· οὔτε γὰρ ἀναγκαῖαί τινες αὐτῶν, οὔτ' ἐν καιρῷ γενόμεναι, πολὺ δὲ τὸ παιδιῶδες ἐμφαίνουσαι. Ubi vero aliunde, (de Vet. Scrip. Cens.) corrige παρεκβολάς. Cf. Valcken. ad Herod. IV, 163. Nec vero, etiam si veteres siluissent, diffitebitur quisquam, plus iusto eas in historiam suam introduxisse Theopompum, post exempla, quae antea earum attulimus, praesertim si meminerit Philippum, Persei, ultimi Macedonum regis, patrem, digressionibus resectis, ex quinquaginta et octo Theopompi libris Philippicis, quae ad unum Philippum pertinerent, in sedecim libros coegisse. Photius Cod. CLXXVI. p. 204.

Conciones sive orationes fictae quatenus in historia admittendae sint, quam quaestionem multi iam pridem excusserunt, quorum alii iis in historia locum dederunt, alii, ut veritati prorsus contrarias plane reiecerunt, nunc non disputo. Id unum animadvertendum est: Theopompum neque hic modum satis servasse, easque importune saepe narrationi interposuisse. Plutarch. Reip. ger. praec. p. 803. ἐπὶ δὲ τῶν Ἐφόρου καὶ Θεοπόμπου καὶ Ἀναξιμένους ῥητορειῶν καὶ περιόδων, ἃς περαίνουσιν ἐξοπλίσαντες τὰ στρατεύματα καὶ παρατάξαντες, ἔστιν εἰπεῖν· Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας.

Satis diximus, unde Theopompi dicendi genus cogno-

gnosceretur. Nunc sequitur alia quaestio in diiudicando historiarum scriptore gravissima, quae eius in ipsis rebus tradendis fuerit fides et auctoritas. In qua disquisitione sua quasi sponte in mentem veniunt *innumerabiles*, quas narravit, *fabulae*. Cicero de Leg. I. 1. Videntur autem illae in primis quaerendae fuisse in digressionibus, quarum multae ad antiquissima tempora, quae mythica dicuntur, pertinebant, et quibus Theopompi historiae refertae erant. Earumque etiam in fragmentis, quae hodie supersunt, haud pauca exempla reperiuntur; veluti nobile illud Sileni et Midae colloquium, apud Aelianum III. 18. aliosque; narratio de draconis contra triremen navali certamine, apud Dionysium, Vet. Scrip. Cens. et Epist. ad Cn. Pomp. extr.; de leporibus circa Bisaltiam, duo iecora habentibus, libro XX. Phil., apud Athenaeum IX. p. 401 B, de corporibus in Iovis Arcadiae templo umbra carentibus, apud Polybium XVI. p. 732. et Pausan. VIII. 38, aliaque. Ut Theopompum, Ephorum et Callisthenem abstinuisse ἀπὸ τῶν παλαιῶν μύθων, minus accurate scripsisse appareat Diodorus IV init., quem miror Wesselingium non reprehendisse. Erat autem hic non Theopompi tantum, sed Hellanici, Herodoti, Ctesiae aliorumque mos, ut μύθους historiis immiscerent, idque ex vetustissimae historiae ratione satis explicatur, quippe quae μύθοις fere contineretur. Huc fortasse respexit Strabo I. 37. scribens: καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ καὶ φυσικοὶ, μυθογράφοι. Hinc, etsi λόγος fere opponatur τῇ ἀληθείᾳ, veluti a Diodoro XIII. 43., et λογοποιὸς *fabulatorem* denotet, pro *historiarum scriptore* item usurpatur. Herod. V. 26., cf. Harpocrat. et Suidas h. v. Nec vero id spectarunt antiquiores illi, ut fabulis immixtis res falsas pro veris in vulgus spargerent, aut credulam plebem oblectarent, quod in Herodoto iniquius crimina-

natur Strabo XVII. p. 1174 A, sed, nt narrationes, quae antiquitus circumferebantur (Belg. *Volksverhalen*, Germ. *Sagen*) quasque, a patre ad filium propagatas, fando accepissent nepotes, posteritatis memoriae relinquerent. Nemo vero nostris diebus exsistat, qui eo nomine veteres illos reprehendat, praesertim cum, quam parum ipsi illis narrationibus crediderint, satis cònstet. Hecataeus certe Milesius de iis ita pronunciavit: *οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται*, apud Demetrium de Eloc. c. 12. Et Herodotus saepe profitetur, in rebus antiquis, Aegypti praesertim, narrandis, sibi *οὐ πιστὰ* relata esse; sibique hanc legem scripserat: *Ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαί γε μὲν οὖν οὐ παντάπασι ὀφείλω· καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον.* Quamquam aliud de Ctesia iudicium ferendum est, qui, in Indicis potissimum, ut historiam ornaret, multas fabulas immiscuit, adeo quidem, ut rebus aliam plane formam induerit, quum hoc ipsum in Herodoto damnasset, cuius et Xenophontis historiam contradicere sibi maxime proposuerat. vid. Photium Cod. LXXII. p. 52, 66. — Sed alia praeterea spectavit Theopompus, eaque non minus praeclara. Nam perspexerat hisce narrationibus, etsi *τῷ μυθώδει* obcaecatis, veri quid subesse. Igitur hoc sibi proposuit, nt veris a falsis seiunctis, ipsas res gestas e fabularum involucris erueret, ex iisve praecepta quaedam duceret; idque eum fecisse in nobilissima de Sileno narratione ad eum locum animadvertemus; atque adeo ut, quae voluptatem tantum et delectationem efficere viderentur, re tamen ipsa utilitatem quandam secum ferrent; quod idem esse atque id, quod Plutarchus Vit. Alexandri c. 35. vocavit *τὸν μῦθον ἀνασώζειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν*, opportune monet Creuzerus in Praef. ad Marxii Ephor. p. IX. Atque sic intelligen-

gendus est Theopompus, cum de se ipse profitebatur apud Strabon. I. 74. ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ κρεῖττων, ἢ ὡς Ἡρόδοτος, καὶ Κτησίας καὶ Ἑλλάνικος, καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες. Quae verba si accuratius perpendisset Casaubonus attendissetque ad germanam vocis μῦθος significationem, non notavisset Theopompum, ut *scriptorem admodum fabulosum*, tum ad h. l. tum ad VII. p. 458, etiamsi Theopompus apud Aelian. l. c. ὁ δεινὸς μυθολόγος audiat, praesertim quum ad priorem Strabonis locum, ex Strabonis sententia docuisset ne historicos quidem reprehendendos esse, quod fabulas historiae immisceant, nisi quando veritatem se scripturos professi sint, et ab omni μυθογραφίᾳ abstenturos. Nec vero praetereunda est hoc loco praeclara admonitio Wyttenbachii Philom. III. p. 301 seq. attendendum esse ad significationem nominis *fabula*, quod et origine et usu valeat de narrationibus *fando* traditis, sive veris sive fictis, adductis in huius rei fidem Ovid. Metam. IV. 189. Trist. IV. 10. V. 68. Cic. de Pet. Cons. 14. A fabulis autem, quae dudum incerto auctore antiquitus traditae ferrentur, quasque susceperint historici, eas distingui diserte, quas ipse vel poëta vel alius finxerit, addito *fictae* aut alio adiectivo v. c. Cic. Finib. V. 19. 22. Off. III. 9. Milon. 3. Amic. 7, quibus locis nunc addi potest de Rep. II. 10; eandem in Graecis esse vim vocis μῦθος, fabulaque ficta si significatur, dici μῦθος καὶ πλάσμα per figuram ἐν διὰ δυοῖν, vel μῦθος πεπλασμένος, Plut. Symp. VI. 10. p. 685 E. Iam Theopompum non dixisse ὅτι πλάσει μύθους, *se fingere posse fabulas*, sed ὅτι ἐρεῖ μύθους, *se narraturum esse fabulas*, quod, ut exercitatus scholis rhetoricis profiteri potuit, se melius facturum, quam illos minus hac in arte exercitatos historicos.

Satis vindicasse nobis videmur Theopompum, ne, quod

quod fabulas in historiis suis admiserit, idcirco eius fides et auctoritas vacillent.

Eundem Theopompi locum citavit Apostolius Cent. VI. 74. *Δάτος ἀγαθῶν ἐπὶ εὐδαιμονούντων· ἡ γὰρ Δάτος πόλις ἦν ἐπὶ Θρᾴκης, σφόδρα εὐδαίμων· δεδηλώκατον δὲ περὶ αὐτῆς Θεόπομπος εγ'* [lege *ἐν γ'*] *Φιλιππικῶν καὶ Ἔφορος ἐν τετάρτῳ.* Urbis meminit Stephanus, eamque neutro genere *Δάτον* vocat, quomodo etiam Excerpta Strabonis VII. p. 511, ubi de urbis divitiis, ut caeteri omnes: *Δάτον, ὅπερ καὶ ἀρίστην ἔχει χώραν καὶ εὔκαρπον, καὶ ναυπηγίαν, καὶ χρυσοῦ μέταλλα, ἀφ' οὗ καὶ παροιμία Δάτον ἀγαθὸν* [*ἀγαθῶν*], *ὡς καὶ ἀγαθῶν ἀγαθίδες.* Urbis metalla memorantur ab Herodoto IX. 75. Variis haec urbs nominibus usa est: dummodo de una eademque scriptores intelligendi sint; nam non omnium traditiones consentiunt. Auctoribus enim Ephoro et Philochoro lib. V. apud Harpocrat. h. l., quae antea *Δάτος* vocata est, eam Philippus cepit et de se *Φιλίππους* appellavit. Nam in loco Harpocrationis haec vox excidit. Sic etiam Appianus B. C. IV. 103, qui tamen addit, prius eam, quam Dati nomen haberet, *Κρηνίδες* dictam esse. *Οἱ δὲ Φίλιπποι πόλις ἐστὶν, ἣ Δάτος ὠνομάζετο πάλαι, καὶ Κρηνίδες ἔτι πρὸ Δάτου· κρῆναι γάρ εἰσι περὶ τῷ λόφῳ ναμάτων πολλαί· Φίλιππος δὲ ὡς εὐφυὲς ἐπὶ Θρᾷκας χωρίον ὠχύρωσέ τε καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ Φιλίππους προσεῖπεν.* Strabo vero *Κρηνίδες* et *Δάτον* diversas urbes fecit; nam quum antea de hac egisset, paulo post ita pergit: *ὅτι πλεῖστα μέταλλά ἐστιν χρυσοῦ ἐν ταῖς Κρηνίσιν, ὅπου νῦν οἱ Φίλιπποι πόλις ἵδρυται, πλησίον τοῦ Παγγαίου ὄρους*: et post alia: *ὅτι ἡ νῦν Φίλιπποι πόλις Κρηνίδες ἐκαλοῦντο τὸ παλαιόν.* Consentit Diodorus, quo auctore XVI. 9. urbs *Κρηνίδων* nomen habebat, cum incolarum numero eam amplificabat Philippus: *μετὰ δὲ ταῦτα παρελθὼν ἐπὶ πόλιν Κρηνίδας, ταύτην μὲν ἐπαυξήσας οἰκητόρων πλήθει, μετωνόμαζε Φιλίππους, ἀφ' ἑαυτοῦ προσ-*

 προσ-

προσαγορεύσας. Hausit fortasse uterque eorum ex Artemidoro, qui ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα (βιβλίων; scripserat enim undecim geographicis libris Periplum; vid. Vossium de Hist. Gr. l. I. p. 99.) apud Stephanum Φίλιπποι, scripsit: καὶ πόλις Φίλιπποι τὸ παλαιὸν Κρηνίδες· τοῖς γὰρ Κρηνίταις πολεμουμένοις ὑπὸ Θρᾳκῶν, βοηθήσας ὁ Φίλιππος, Φιλίππους ὠνόμαζεν. At Diodorus XVI. 3. scripsit: Θάσιοι μὲν ᾤκισαν τὰς ὀνομαζομένας Κρηνίδας, ἃς ὕστερον ὁ βασιλεὺς ἀφ' ἑαυτοῦ ὀνομάσας Φιλίππους, ἐπλήρωσεν οἰκητόρων; cum contra eadem non de Crenidibus, sed de Dato testetur Zenobius Cent. III. 2. Δάτος ἀγαθῶν] πόλεως ὄνομα, ἣν ἀπῴκισαν Θάσιοι· ἐφ' ᾗ καὶ παροιμία ἐλέχθη, Δάτος ἀγαθῶν, ὡς οὔσης καλλίστης. ἔστι δὲ καὶ χρύσεα μέταλλα, καὶ ἔστιν εὐδαίμων. Dicitur etiam Θάσος ἀγαθῶν. Hisce traditionibus rite collatis, adhuc saltem haec mea est sententia: Δάτον et Κρηνίδας diversas fuisse urbes, hanc Macedoniae, illam Thraciae. (cf. Stephanus v. Δάτον et Φίλιπποι, in quorum tamen posteriore loco interim pravum errorem corrige Κρηνίδες, πόλις Σικελίας, lege Μακεδονίας): hanc primum Thasios colonis frequentasse Olymp. CV. 1. Diodorus XVI. 3, (quamquam id de Dato Thraciae perperam retulit Zenobius; nisi forte in utramque earum a Thasiis missa credatur colonia, siquidem Thracia Thasiorum coloniis erat repleta): deinceps, duobus annis post, idem fecisse Philippum eamque tum a se appellavisse: illam postea cepisse Philippum, fuisseque inter Graecas Thraciae urbes, quae a Chersobleptae vexationibus Philippi auxilio liberatae, in huius societatem facile transierant Olymp. CIX. 2. Demosthen. περὶ τῶν ἐν Χεῤῥον. p. 64. Diod. XVI. 71. Δάτος certe, teste Scylace in Thracia, erat πόλις Ἑλληνίς, ἣν ᾤκισε Καλλίστρατος Ἀθηναῖος. Utraque earum dictis temporibus Philippi nomen accepit, ac tum hoc fortasse caussa fuit, cur facile confunderetur, tum,

tum, quod ob metallorum feracitatem, utrique communem, ut ex Strabone l. c. constat, epitheton ἀγαθῶν ad utramque aeque pertineret. De Dato conferri poterit Marxius ad Ephorum p. 186 sq.

Fr. 50. Sic item libro primo. Ut num eandem expeditionem bis narrarit Theopompus, an vero haec ad alteram, quam iterum susceperit Philippus, pertineant, non dixerim. Ad expeditionem certe Aleuadum expellendorum gratia susceptam fragmentum vix retulerim, quippe quae postea demum accidit et a Theopompo relata videtur libro Philippicorum quadragesimo quarto.

Fr. 51. Antiphanes ἐν Μισοπονήρῳ canit Scythas infantibus lac equorum et boum praebuisse:

Εἶτ' οὐ σοφοὶ δῆτ' εἰσὶν οἱ Σκύθαι σφόδρα;
Οἳ γεννωμένοισιν εὐθέως τοῖς παιδίοις
Διδόασιν ἵππων καὶ βοῶν πίνειν γάλα.

κ. τ. λ. apud Athenaeum VI. p. 226 E. ubi vide Schweigh. Herodotus vero IV. 2. Scythas tradit servos excaecare lactis caussa, ubi addit de modo, quo equas mulgeant et lac praeparent.

Fr. 52. Locus Herodoti, quem Scholiastes indicat, est II. 104, ubi de Colchis agit ab Aegyptiis oriundis. Cum autem e praecedenti fragmento adpareat Theopompum de Scythis egisse, et h. l. Sesostris ex eo memoretur, credibile est hoc libro Theopompum ὡς ἐν παρεκβάσει Sesostris expeditionem, quam etiam in caeteras Asiae Europaeque gentes susceperit, exposuisse, et in Scythas, quos adortum esse constat ex Herodoto II. 105. et Diodoro I. 55. Tum simili digressione origines Scytharum persecutus videtur, quem locum ab eo mutuatus sit Trogus Pompeius apud Iustinum II. 1 — 5. Nam vere monuisse videtur Heerenius, (de font. et auct. Iust. Comm. Gott. XV. p. 212) totam hanc narrationem apud Iustinum, tum subtilem in

 pri-

primis disputationem, cur Scythae Aegyptiis antiquiores sint, et Amazonum historiam fabulis involutam Theopompi ingenium redolere, et multum recedere a narratione Herodoti, etsi is antiquitatem Scythicam gravissime interpretatus sit. Caeterum animadvertendum est, quem Chius vocat Σέσωστριν, ut etiam Herodotus perpetuo, eundem ab aliis Σεσόγχισιν, quomodo etiam Sholiastes h. l., appellari. Sed in regis nomine mire variant scriptores et diversi Codd. MSS. vid. Intp. ad Iustin. I. 1.

Fr. 53. Haud scio an huius urbis meminerit, opportunitatem praebente expeditione Sesostris, per Asiam, quam totam subegit, (Herod. II. 102. Diod. I. 55), et hoc libro, ut videtur, relata. Celeberrimam hanc urbem, praeter laudatos a Pinedo ad Stephan. memorat Diodorus XIV. 21 et 81.

LIBER IV.

Fr. 54. De Thessalorum protervia et intemperantia cf. Theopompus libr. XXVI. Critias apud Athenaeum h. l. Thessalos omnium Graecorum immoderatae vitae deditissimos esse affirmat, idque caussam fuisse, cur Persarum luxum imitati, eum in Graeciam introduxerint. De varia huius loci lectione consule Schweighäuserum.

Fr. 55. Eionem intellige ad flumen Strymonem, maritimum emporium in Atheniensium potestate, quinque et viginti stadiis ab Amphipoli, teste Thucydide IV. 102, qui eandem memorat I. 98. Nam, ut ad hunc locum notavit Scholiastes: Δύο Ἠϊόνες εἰσὶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἀλλ' ἡ μὲν λιμὴν τῆς Ἀμφιπόλεώς ἐστι, περὶ ἧς νῦν λέγει· ἡ δὲ ἄλλη πόλις. Haec autem ea est (ἡ ἐπὶ Θρᾴκης), quam Thucydides IV. 7. Mendaeorum coloniam et hostem Atheniensium vocat, quem locum hic excitat Harpocratio, et quam urbem in Pie-

Pieria collocat Stephanus. Cff. Intp. ad Thuc. ll. cc. et Poppo ad eund. Proleg. P. I. Vol. II. p. 350 seq. Marxius ad Ephor. p. 187. existimat haec ex Ephori potius libro IV, Εὐρωπὴ inscripto, quam e Theopompo desumta esse. Cuius tamen opinionis rationem expiscari non potui, nisi fuerit, quod Ephorus in illo libro multas Thraciae urbes memorarit.

Fr. 56. Plura de hac insula, deque super ea controversiis sciremus, si Archemarchi Εὐβοϊκὰ et Anaximenis Φιλιππικὰ superessent, quum uterque eorum in libro quarto de hac insula egerit. Strabo XIV. p. 954. Ἀλόννησος per νν scripsit.

LIBER V.

Fr. 57. Clemens Alex. Strom. VII. (c. 6. p. 850. Pott.) νωθρία ἀπὸ τῆς κρεοφαγίας ἐγγίνεται. Androcy-« des (apud eund. ibid.) οἶνος καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις, « σῶμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχαλεστέ-« ραν." CASAUB. Theopompi locum iisdem verbis descripsit Eustathius ad Hom. p. 1724. ed. Rom. suppresso tamen libri numero.

Fr. 61. Strabo IX. p. 666. ἐπίνειον δὲ τῶν Φερῶν, Παγασαὶ, διέχον ἐννενήκοντα σταδίους αὐτῶν· Ἰωλκοῦ δὲ εἴκοσι. Plinius H. N. IV. 8. Pagasa numero singulari.

LIBER VI.

Fr. 62. Eandem nominis originem indicat Strabo Theopompum fortasse secutus XIV. p. 947. εἶτα Πύγελα πολίχνιον ἱερὸν ἔχον Ἀρτέμιδος Μουνυχίας ἵδρυμα Ἀγαμέμνονος, οἰκούμενον ὑπὸ μέρους τῶν ἐκείνου λαῶν· πυγαλγίας γάρ τινας καὶ γενέσθαι, καὶ κληθῆναι· κάμνοντας δ' ὑπὸ τοῦ πάθους καταμεῖναι, καὶ τυχεῖν, οἰκεῖον τοῦδε τοῦ ὀνόματος τὸν τόπον. Pomponius tamen Mela I. 17. nomen ἀπὸ τῆς φυγῆς deducit. *Ibi a fugitivis* (ut aiunt) *condita nomen famae annuit Phygela*, et Plinius H. N. V.

v. 29: *Iuxta fugitivis conditum (uti nomen indicio est) Phygela fuit;* eamque ob caussam eam per PH. uterque scripsit, ut item Suidas: Πύγελα τόπος ὁ παρ' ἡμῖν λεγόμενος Φύγελλα, ὅθεν ἐστὶ περαιώσασθαι τὸν πρὸς Κρήτην κατάγοντα πορθμόν. Stephanus habet Πύγελα.

Fr. 63. Pausanias II extr. eam non urbem vocat, sed maximum vicorum Argiae regionis.

Fr. 64. Urbi nomen dedisse suspicor Euaemonem, qui Ormeni filius, Eurypyli pater fuit auctore Scepsio apud Strabon. IX. p. 670.

LIBER VIII.

Fr. 65. Συνουσιάζειν h. l. potius de *conventibus ad epulandum* cum Schweighäusero, quam de *Venereis voluptatibus*, cum Dalecampio et Villebruinio, accipio, praesertim quod cum verbo πίνειν coniungitur. Hoc item sensu verbum συνουσιάζειν a Theopompo usurpatur libro XLIII. Aelianus III. 1: πᾶς δὲ ὁ περίοικος λεὼς συνίασιν, ἄλλοι σὺν ἄλλοις, καὶ θύουσι, καὶ συνουσίας ποιοῦνται καὶ συμπίνουσιν, quae fere credam esse a Theopompo profecta. Καλχηδόνιοι] Sic uterque Cod. MS. vulgo Χαλκηδόνιοι. Vid. Schweigh. ad Athen. III. 92 E.

Fr. 66. Pherecydes Badyis filius fuit, genere Syrus, auctore Alexandro ἐν διαδοχαῖς apud Laërtium ibid. Consentit Strabo X. p. 746. Σῦρος δ' ἐστὶ — ἐξ ἧς Φερεκύδης ὁ Βάβιος ἦν, postrema tamen corrupta; at magis etiam corrupte Eustathius ad Hom. Od. XV. 402. Φερεκ. ὁ Βαβυλώνιος. Pro παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς ψάμμου, legendum esse παρὰ τ. α. τ. Σάμου, probabiliter suadet Casaubonus, nam Apollonius Dysc. qui Hist. Comm. c. 5, harum rerum a Pherecyde praedictarum duas priores commemorat, habet: πάλιν εἰς Σάμον πορευόμενος; apud hunc vero narrantem philosophum, cum sitiens bibisset, terrae motum praedixisse, pro ἐν Σκύ-

ρῳ

ρῳ τῇ νήσῳ, cum Xylandro malim ἐν Σύρῳ τῇ νήσῳ. Quid enim illa cum Pherecyde? Haec vero insula eius fuit patria. Apollonius Grammaticus, (haud scio an ab hoc diversus, nam plures huius nominis fuere, vid. Meursium ad Apollonium) apud Porphyrium P. E. X. p. 464. Theopompum haec ab Androne Ephesio furatum esse queritur: ubi tamen res non Pherecydi, sed eius discipulo Pythagorae tribuitur; quod etiam ab aliis factum, teste Diogene Laërtio l. c. Pherecydis divinandi artem neque alii silentio praeterierunt. Cicero de Divin. I. 50. « *Ne Pherecydes quidem ille* « *Pythagorae magister potius divinus habebitur,* « *quam Physicus, qui, cum vidisset,* (lege *bibis-* « *set*) *haustam aquam de iugi puteo, terrae mo-* « *tum dixit instare.*" Plinius H. N. II. 79: *Perhibetur et Pherecydis doctoris alia coniectatio, sed et illa divina. Haustu aquae e puteo praesensisse ac praedixisse ibi terrae motum.* Caeterum de auro et argento apud Lacedaemonios non in usu. vide ad Hellenica l. II. fragm. 10.

Fr. 67. Neanthes Pythagoram Syrum vel Tyrium facit. Quam diversa de eo veteres tradiderint, atque incerta adeo posteris reliquerint, notissima res est. Cf. Potter. ad Clem. l c. Caeterum cur hoc fragmentum hic collocaverim, ex huius libri argumento satis apparet.

Fr. 68. Haec verba, etsi historiae Athenionis Peripathetici, a Posidonio relatae, interposita, non tamen huius esse, sed ab Athenaeo ex Theopompi et Hermippi libris desumta putem. Diserte in hac narratione ab Athenaeo citantur. Tum *abhorret ab ingenio Posidonii: convenit in mores Theopompi et Athenaei, quorum uterque se Philosophiae et Philosophorum osorem ostendit.* Wyttenb. Annot. ad Bakii Posid. p. 281. Sensus verborum Athenaei huc re-

redit: *Diebus haud multis post tyrannum se ostendit Philosophus et placitum Pythagoreorum de insidiis, quidque ipsis Philosophia vellet, quam praeclarus Pythagoras, teste Theopompo introduxerit, suis ipse factis comprobavit.* Alterum ἀναδείξας, Wyttenbachium secutus, ex priore repetitum opinor, sequentem sententiam satis per se regente; praesertim si ante τὸ τῶν Πυθ. legatur particula καὶ, quod recepi, auctoritate duorum Cod. MSS., quos citat Schweigh. ad h. l. Igitur Theopompus libro octavo de Pythagoreorum philosophia egerat, quae eo pertinuerit, ut tyrannis per insidias affectaretur; ut coniiciam Theopompum inter eos fuisse, qui teste Diogene Laërt. VIII. p. 223. tradiderunt Crotoniatas nonnullos domum Milonis, in qua Pythagoras fuerit, incendisse, metuentes ne tyrannide opprimerentur. — Theopompi vero et Hermippi quam suspecta sit fides in exponendis et diiudicandis Pythagorae placitis docuit Meinersius laud. a Schweigh. h. l. Hunc tamen locum Theopompi ita accepit Heerenius de font. Iustini (Novi Comm. Gott. XV. p. 228.) quasi hoc libro Pythagorae philosophiam summis laudibus extulisset, atque ob id putat, quae in eius laudem a Iustino XX. 4. tradantur, ex Theopompo depromta esse. Novimus Theopompi severitatem in commendanda morum disciplina, fatemur porro de ea egregie meritum esse Pythagoram, at hunc ab illo hoc nomine celebratum esse, ex hoc certe fragmento non efficimus, quod potius in detrimentum, quam in favorem Pythagorae accipimus. Accedit, quod, si Iustinum, quae de Pythagora memorat, a Theopompo mutuatum esse credamus, vereor ne hunc sibi ipsum obloquentem faciamus, siquidem Pythagoram Tyrrhenum fuisse scripsit in praecedenti fragmento, cum Iustinus l. c. Sami eum natum esse memoret.

Fr.

Fr. 69. **Rerum summa consentit** cum iis, quae leguntur apud Diogen. Laërt. in Epimenide princ. quamquam is Phaestium Epimenidis patrem ex eodem Theopompo memorat: Ἐπιμενίδης, καθά φησι Θεόπομπος, καὶ ἄλλοι συχνοὶ πατρὸς μὲν ἦν Φαιστίου, οἱ δὲ Δωσιάδου, οἱ δὲ Ἀγησάρχου. Straboni vero X. p. 734. Phaestius non patris est nomen sed oppidi, in quo natus sit: erat autem una Cretae urbium teste Stephano Byz. Verum etsi de patre Epimenidis parum constat inter ipsos veteres, quomodo Diogenes et Apollonius ex eodem scriptore diversum patrem memorarint vix exputo. In hoc adeo mendum latere crediderim; praesertim quod, cum duo Boli occurrant, eorum neuter, si temporum ratio habeatur, pater Epimenidis esse potuit. Cf. Meursium ad h. l. — De somno septem et quinquaginta annorum consentiunt Diogenes Laërt. et Plinius VII. 52. Varro tamen, Plutarchus, Tertullianus, Pausanias aliique, quos ibidem citat Meursius, aliter. Quod vero de Cretensibus ex Theopompo retulit Apollonius: λέγουσι δὲ οἱ Κρῆτες, ὥς φησι Θεόπομπος. ἔτη βιώσαντα αὐτὸν ἑκατὸν πεντήκοντα ἀποθανεῖν, id neutiquam admitti potest. Nam Epimenidem obiisse ducentesimo nonagesimo nono aetatis anno Cretensium sententia erat, teste Laërtio. Atqui Theopompus eum dixit septem et quinquaginta et centum annos vixisse apud Valerium Max. VII. 13. in Append. Vatic. Cent. III. 97. ἐβίω δὲ οὗτος, ὥς φησιν ὁ Θεόπομπος, ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ, ἅπερ ἑπτὰ ἐκαθεύδησεν, in quorum postremis ἅπερ πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ optime rescripsit Meursius, itemque apud Plinium VII. 48 et 52, cum quibus consentit Phlegon Trallianus in Macrobiis apud Diogen. Laërt. Itaque Apollonii locum, quem mutilum iure subiudicavit Meursius, haud male fortasse ita restituas: λέγουσι μὲν οἱ Κρῆτες ἔτη βιώσαντα αὐτὸν ἑνὸς δέοντος τριακόσια ἀποθανεῖν, ὡς δὲ φησιν

σιν Θεόπομπος, ἐβίω ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ἑπτά. — Xenophanes Colophonius apud Diogen. L. se accepisse dicit, Epimenidem centum quinquaginta quatuor annos vixisse.

Fr. 71 sq. Theopompum Philosophum Peripateticum fuisse ex priori fragmento effecit Hugo Grotius de Verit. Relig. Christ. p. 64 seq. Teneatur tamen Theopompum non suam sed majorum sententiam aperuisse. Cf. Baylius Dict. v. *Theopompe* not. L. Ad posterius fragmentum ita Wyttenbachius: « Credibile est hoc Theopompum prodiisse Historiae Phil. l. VIII, unde eiusdem de Magis auctoritatem adhibet Diogenes Laërtius Prooem. §. 8. In coniuncto eum argumento citat Aeneas Gazaeus Dial. de animi Immort. p. 77. Ὁ δὲ Ζωροάστρης προλέγει, ὥς ἔσται πότε χρόνος, ἐν ᾧ πάντων νεκρῶν ἀνάστασις ἔσται οἶδεν ὁ Θεόπομπος. Ubi notanda vis verbi οἶδεν *novit*, pro *refert*, *testis est*, de qua dicemus ad Romul. p. 24 A. Animam non umbram iacere et Magis traditum et cum aliis commune placitum attigimus ad Ser. Num Vind. p. 564, C, ubi plura addemus. Theopompi locum memorat Anquetilius Perronius ad Zend-Avest. Tom. II. p. 420." — Caeterum horum fragmentorum alterum alterius esse partem, certe proxime sese excepisse, argumentum ipsum satis declarat.

Fr. 73. Pro τοῦτο legendum τοῦτον, mox pro μαστιγώσας scribe μαστιγώσαντα. Ipsa res notissima ex Herodoto III. 154 seq. et Justino I. 10. Cum Theopompus ea praesertim hoc libro retulerit, quae in quavis regione θαυμάσια acciderunt, huic fortasse loco praemisit, quae etiam apud Herodotum praecedunt: mularum Zopyri unam partum edidisse, quo prodigio, illis praesertim regionibus, facto, tempus capiendae Babylonis venisse Zopyrum credidisse, Babylonii cujusdam dicti memorem: *tunc demum Babylonem*

nem captum iri quando mulae parerent; nam σὺν Θεῷ et illum locutum esse putabat, et sibi mulam peperisse. Caeterum a praeclaris Zopyri meritis evenit, ut Ζωπύρου τάλαντα metaphorice usurparetur et significaret ἔργα καὶ πράξεις. Nam fertur dixisse Darius rex unum se Zopyrum integrum habere malle, quam viginti insuper Babylonas capere. Vid. Herod. III. extr. ibique inttpr.

Fr. 74. Meminit Pausanias. I. 4.

Fr. 76. Colloquio isto Silenum inter et Midam enarrando, cui ansam dederant quae duobus fragmentis proxime praecedentibus tradita sunt, non hoc spectavit Theopompus ut rem memorabilem ipsam per se mirationis delectationisque caussa referret, quo modo Aelianus locum accepit, cui idcirco Chius tum in his tum in aliis δεινὸς μυθολόγος dicitur; sed longe alio pertinuit Theopompi consilium. Optime sese narraturum professus est fabulas, quibus antiquissima historia erat referta, meliusque quam id Herodotus aliique fecissent. Itaque veri quandam iis speciem addidit, quod τοὺς μύθους ἀνασώζειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν vocat Plutarchus, aut praeceptum quoddam morale ex iis elicuit. Atque hoc studuisse Theopompum in hac fabula apparebit, si ad eam, non integram sed decurtatam servatam ab Aeliano, exigatur Ciceronis locus T. Q. I. 58. « *Affertur etiam*, inquit, *de Sileno fabella quaedam: qui, cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur, docuisse regem, non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori.* Igitur Silenus felicitatem, qua illius unicae continentis extra hunc mundum sitae homines uterentur, enarravit, eamque miseriis, quibus mortales in hac universi parte obnoxii essent, opposuit. Unde hoc derivaretur grave placitum: *non nasci homini longe optimum esse*,

proximum autem quam primum mori. Cuius decreti cum simile e Theopompo excitet Clemens Alex. Strom. VI. p. 749., probabiliter suspicari mihi videor huius locum eam esse nobilissimae fabulae partem, ad quam respexit Cicero. Quo argumento ductus Clementis locum in hoc ipso loco statim post fabulam, tamquam eius particulam, collocavi. — Fragmento autem, in quo nunc maxime versamur, Theopompus descripsit unicam illam continentem, quae extra hunc mundum sita multa dictu audituque mirabilia haberet; prae caeteris de Meropidibus exposuit hominibus, qui in illa continente habitarent. Meropidam illam terram Theopompi verbo memoravit Strabo VII. p. 458., ubi Apollodorus hanc terram inter fabulas fictas recenset. Colloquium autem illud praeter scriptores citatos a Simsonio Chron. ad a. 3308. retulerunt Dionys. Hal. Vet. Script. Cens. p. 70. et Ep. ad Cn. Pomp. 131. Nam quod ibi dicitur Silenus in Macedonia apparuisse, cum Midas Phrygiae rex esset, idcirco Dionysium de alia re cogitasse ne putes, ut Perizonius ad Aelian l. c. n°. 22. credidisse videtur, qui ita accepit ac si de Sileno Macedone, atque ea occasione de Phrygio Theopompus egerit; nam Midas partem etiam Macedoniae tenuerat. Vid. Justin. VII. 1. A Theone Sophista Prog. c. 2. init. inter elegantis fabulosae narrationis exempla refertur cum aliis: Καὶ παρὰ Θεοπόμπου ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν, ἡ τοῦ σελίνου, ubi tamen pro ἡ τοῦ σελίνου, e caeteris scriptoribus legendum esse ἡ τοῦ Σειληνοῦ, supra p. 30. monui; ex eodemque Theonis loco, cum aliorum, Servii in primis, collato, et hunc locum et omnia quae ex θαυμασίοις citentur, ad librum Octavum Philippicorum pertinere ibidem docui. De varia singulorum in hac fabula lectione vide Interpr. ad h. l.

Eodem hoc libro fortasse retulit Theopompus de dra-

dracone, qui ad triremem pugna navali contenderit, de quo Dion. Hal. ll. cc. Qui μῦθος inde manavit, quod retulerant nonnulli Alexandri patrem non Philippum sed alium quemdam fuisse, nomine Draconem genere Arcadem, ut testis est Ptolemaeus Hephaestion Hist. I. III. apud Photium Biblioth. cod. CXC. p. 245.

Fr. 78. Urbem ἀπὸ τοῦ πεσεῖν, a figmento Deae coelitus lapso dictam esse retulerunt Diodorus et Dio Cassius, quos citat Tzetzes ad Lycoph. vs. 355., quamquam hic Palladium e coelo ad Ilium delapsum et Magnae Matris ἄγαλμα, quod Pessinunte e coelo deciderit, confudit, notante Wesselingio ad fragm. Diodori T. II. p. 640. Diodorus autem III. 59. testatur Phryges magnificum Cybelae fanum Pessinunte exstruxisse et solemnes immolationes cultusque instituisse, diligenter adiuvante Mida rege.

Fr. 79. Eadem commemorarunt Plinius X. 10. Pausanias V. 14. et Aelianus H. A. II. 47., quorum loca a Meursio ad h. l. iam occupata describere nunc non attinet.

Fr. 80. Hunc locum de mendo in libri numero suspicarer, quòd libro tricesimo Philippicorum de Amphictyonum concilio agitur, in hoc vero locus ei vix esse potuit, nisi ita scripsisse Harpocrationem constaret ex Apostolio Cent. III. §. 4, qui, ut saepius, illum exscripsisse videtur, quamquam apud eum pro Μάγνητες legitur Μέδουτες; perperam, ut constat ex Aeschine de fals. leg. p. 285. Reisk. et Pausania X. 8. Quorum uterque has gentes aliter recenset. Ille: κατηριθμησάμην δ' ἔθνη δώδεκα, τὰ μετέχοντα τοῦ ἱεροῦ, Θετταλοὺς, Βοιωτοὺς, οὐ Θηβαίους μόνους, Δωριέας, Ἴωνας, Περραιβοὺς, Μάγνητας, Λοκροὺς, Οἰταίους, Φθιώτας, Μαλεεῖς, Φωκεῖς. Hic enumerat: Ἴωνας, Δόλοπας, Θεσσαλοὺς, Αἰνιᾶνας, Μάγνητας, Μαλιέας, Φθιώτας, Δωριεῖς, Φωκέας, Λοκροὺς τῇ Φωκίδι ὁμόρους, ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ

Κνήμιδι. Secutus est hoc loco Theopompus veterem famam, qua Deucalionis filius concilii auctor eique nomen suum dedisse perhibetur, quo etiam respexit Pausanias l. c.; quum alii, ut Strabo IX. p. 645, cui τὰ πάλαι ἀγνοεῖται, in origine Amphictyonum concilii indaganda Acrisium memorent, qui ordinem instituerit statueritque quae urbes eius participes essent. Videtur autem hic ordinem, ab Amphictyone institutum, instaurasse et leges magis certas concilio dedisse. Anaximenes apud Harpocr. h. v. Amphictyones dictos existimat ἀπὸ τοῦ περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συναχθέντας, quomodo etiam Androtion in τῇ Ἀτθίδι συγγραφῇ apud Pausan. l. c.

LIBER IX.

Fr. 81. Sic iterum idem Schol. ad Pac. v. 1071, quem descripsit Suidas in Βάκις et in Κάθαρσις γυναικῶν. Tres fuere Bacides, ut auctor est Philetas Ephesius, unus ex Eleone Boeotiae, alter Atheniensis, tertius ex Arcadiae urbe Caphya, qui et Cydas et Aletas dictus. Plura habent scriptores laud. ab interpr. Aeliani XII. 35., ubi pro Βάκιδες τρεῖς ὁ μὲν Ἕλλην κ. τ. λ. legendum Βακ. τρ. ὁ. μ. Ἑλεώνιος κ. τ. λ.

Fr. 82. Haec forma Atticis praesertim perfamiliaris est: sexcenties occurrit apud Thucydidem. Isocrates Euag. παρακαλέσας ἀνθρώπους περὶ πεντήκοντα. Usurpatur fere eodem sensu quo ἀμφὶ cum acc., lat. *circiter*.

Fr. 84. Eadem ac Plinius e Theopompo retulit Sotion p. 139. Apud Antigon. Caryst. c. 157. eadem ex Theopompo, ut videtur, commemoravit Callimachus; (non vero Theophrastus; nam, capite 145, pro Θεόφραστος legendum esse Θεόφραστον, et hoc et sequentia capita a capite 144 pendere, in quo Callimachi ἐκλογὴ τῶν παραδόξων memoratur, optime vidit Bentleius.) Ἐν Σκοτούσσῃ δ' εἶναι κρήνην ἰδίαν, οὐ μόνον ἀνθρώπων ἕλκη, ἀλλὰ καὶ βοσκημάτων, ὑγιάζειν δυναμένην,

κἂν

κἂν ξύλον δὲ σχίσας ἢ θραύσας ἐμβάλῃς, συμφύειν. In quo loco perplacet emendatio Bentleii, legentis κρηνίδιον, οὐ μόνον — δυνάμενον, quomodo eadem de re legitur apud Sotion. l. c.; neque enim hic unus, sed multi alii fontes, quos commemorat Antigonus, in suo quisque genere peculiares erant. Fragmentum autem hic collocandum putavi, quod pars videtur descriptionis Tempe Thessalicorum, quam hoc libro Theopompus dedit. Nam Aelianus V. H. III. 1. in sua item descriptione notavit, plures fontes Tempe perfluere, quorum aquae ad sanandos homines multum conferant. Ac paene crediderim Aeliani locum profectum esse a Theopompo, cuius descriptionem inter illustria exempla dilaudat Theo Sophista in praec. fragm. Quamquam illum locum textui inserere non ausim. Ad Tempe quod attinet cf. Solinum Polyh. c. 8. Caeterum Scotussa, Pelasgiotidis Thessaliae regio, celebris quondam fuit Iovis oraculo, inde Dodonam translato, ut testis est Suidas in Thessalicis (*) apud Strabonem VII. extr., ubi per simplex σ Σκότυσα scribitur, postea tamen IX. p. 673. per duplex σσ Σκότουσσα legitur.

Fr. 85. Rem retulit Stephanus v. Κράνων, citatis Callimacho in Admirabilibus et Theopompo nostro. Ita autem tradidisse Theopompum libro nono putavi, quoniam Cranon urbs Thessaliae Pelasgiotidis, sita erat in campis, quae Tempe vocantur, teste Hecataeo in Europa apud Stephanum l. c.; Theopompum autem de iisdem hoc libro egisse e superriobus constat; quamquam Stephanus idem de altera huius nominis urbe in Athamania sita accepit. Paria de monte

(*) Suidas hic ἐν Θετταλικοῖς citatur a Scholiaste Apoll. Rh. I. vs. 554. idemque fortasse fuit, quem de Euboea tractasse idem Schol. testatur, quemque Stephanus Ἄμωρος citat ἐν Γενεαλογίαις.

te Lepetymno, in quo fanum Apollinis et sacellum Lepetymni, narravit Myrsilus Lesbius apud Antigon. Car. c. 17.

Fr. 87. Pharcadon oppidum erat Hestiaeotidis, per quod Peneus et Curalius fluebant, docente Strabone IX. p. 669., ubi tamen cum Edd. Φαρυκάδων, MSS. Φορκάδων habeant, ex Theopompo corrige Φαρκάδων, quomodo gentile Φαρκαδώνιοι est apud Diodorum, XVIII. 56. Nescio an Theopompus tradiderit h. l. ea, quorum meminit Polyaenus IV. 2. Φίλιππος ἐπολιόρκει Φαλκιδόνα πόλιν Θεσσαλονίκης· Φαλκιδόνιοι παρέδωκαν τὴν πόλιν. cf. Wessel. ad Diod. l. c.

Fr. 88. Scylax in Thracia, quem h. l. Pinedo laudat, perperam scripsit Κόβρυς, eam autem emporium Cardanorum dixit.

LIBER X.

Fr. 89. Constat bello adversus Persas feliciter concecto et ἡγεμονίᾳ ab Atheniensibus iamiam occupata Athenas instauratas muroque cinctas esse, Themistoclis maxime consilio. Hunc autem Spartanos, id, ne omnem principatum amitterent, prohibentes, variis artibus elusisse plerique tradiderunt, inter quos Thucydides I. 89 seq., quique eum secuti sunt Nepos Them. c. 6, 7. et quodammodo Plutarchus h. l. Quod vero Chius scripsit Themistoclem corrupisse Ephoros, ei rei quominus fidem habeamus, haud scio an impediat ille Lacedaemoniorum mos nullam pecuniam in civitatem admittendi, quem alio loco ipsemet Theopompus memorat. Nisi forte ita intelligendus sit Theopompus, Themistoclem conatum esse corrumpere Ephoros, horum animos ipsius similes ratus. Nam etsi egregiis caeteroquin virtutibus ornatus fuerit, vix tamen absolvi potest, quod pecuniae in pri-

primis avidus fuit. Cf. Staverenus ad Nepot. Them. c. 6.

Fr. 90. Theopompo assentitur Critias apud Aelianum V. H. X. 17. cf. Plut. Cat. M. p. 371. Facile tantas opes Themistocles sibi comparare potuit admodum crescentibus, illis praesertim temporibus, Atheniensium rebus cum publicis tum privatis, quas ipse prope omnes moderabatur. Divitiarum studium Themistoclis intelligit Herodotus VIII. 112. Θεμιστοκλέης δὲ, οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεονεκτέων, ἐσπέμπων ἐς τὰς ἄλλας νήσους ἀπειλητηρίους λόγους, αἴτεε χρήματα διὰ τῶν αὐτῶν ἀγγέλων, χρεώμενος λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους ἐχρήσατο.

Fr. 92. Sumsi hoc fragm. ex Marxii ad Ephorum notis p. 224., qui id acceptum retulit Creuzero, is autem sibi e Schol. MS. Aristidis exscripserat. Corn. Nepos, qui, ut plurimum, ita in Cimonis vita ex Theopompo potissimum hausit, hac item in re eum secutus est c. 5.: *Itaque post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quod hospitio Lacedaemoniorum utebatur, satius existimans eos et cives suos inter se una voluntate consentire, quam armis contendere, Lacedaemonem sua sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit.* Revocatus est post devictos Athenienses ad Tanagram, auctore maxime Pericle; ἐκάλουν ἐκ τῆς φυγῆς τὸν Κίμωνα, καὶ κατῆλθε, τὸ ψήφισμα γράψαντος Περικλέους, ut scripsit Plutarchus in Cimone c. 17. et in Pericle c. 10. Theopompum sequutus. Locus autem Theopompi in primis est memorabilis ad προξενίαν explicandam. Nam sicut, docente Ammonio, nt er πρόξενον et ξένον hoc intercedit, quod hic sit ὁ εἷς ἑνὸς, ille vero πόλεως καὶ ἔθνους, qui publice ab alia civitate constitutus huius rebus prospiceret, easque suis ipse civibus commendaret: quod di-

discrimen tetiget Pausanias III. 8, cui Xenias Eleus Agidi dicitur ἰδίᾳ ξένος καὶ Λακεδαιμονίων τοῦ κοινοῦ πρόξενος: sic a προξένῳ diversus erat is, qui quidem rem alius civitatis publicam curabat, non tamen publicitus erat constitutus, sed curam illam ultro susceperat, unde ἰδίᾳ πρόξενος sive ἐθελοπρόξενος vocabatur. Differentiam notavit Demosthenes de Rhod. lib. p. 79. C. Cf. Valcken. ad Ammon. p. 201 sq.; qui si vere coniecit ad Herod. VI. 57 talem fuisse Lacedaemoniorum Cimonem Athenis, probante Creuzero in Praef. ad Marxii Ephorum, apparet, singulari sensu Theopompum h. l. Cimonem πρόξενον vocasse. Sive tamen πρόξενος sive ἐθελοπρόξενος fuerit, id certe constat, maximam fuisse hospitum auctoritatem, si quidem ea adjuvante pax inter as potentissimas civitates conciliata est.

Fr. 93. Carpases memoravit fortasse Theopompus cum Cimonis expeditionem in Cyprum narrabat, cuius maiorem partem hic devicit. Nep. Cim. c. 3. Plut. Cim. c. 18. Inter urbes devictas Carpasia fortasse fuerit.

Fr. 94. Cum praecedat indicativus παρεῖχε merito perincommodi sunt Schweighaeusero infinitivi παρασκευάζεσθαι et δειπνεῖν, quippe qui non habent unde pendeant. Aut igitur κελεύει vel simile quid putem legendum post δειπνεῖν, aut ὡς vel ὥστε ante καὶ δειπνεῖν, ut Schweigh. probabile videtur. Aristoteles apud Plut. Cim. c. 10. notat, Cimonem non omnibus Atheniensibus, sed suis tantum tribulibus coenam apparasse. In caeteris Plutarchus Theopompi fere vestigiis institit, tum h. l. tum in Pericl. c. 9. Nepos Cim. c. 4. ad verbum prope hunc Theopompi locum vertit. Operae pretium est, ipsa Nepotis verba apponere: *Fuit tanta liberalitate, quum compluribus locis praedia hortosque haberet, ut nunquam eis custodem imposuerit fructus servandi gratia, ne quis impediretur.*

tur quominus eius rebus, quibus vellet, frueretur. Semper eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis eius indigeret, haberet, quod statim daret, neque differendo videretur negare. Saepe quum aliquem offensum fortuna videret, minus bene vestitum, suum amiculum dedit. Quotidie sic coena ei coquebatur, ut quos invocatus vidisset in foro, omnes convocaret; quod facere nullum diem praetermittebat. Nulli fides eius, nulli opera, nulli res familiaris defuit. Multos locupletavit; complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur non reliquissent, suo sumptu extulit. Sic se gerendo, minime est mirandum si et vita eius fuit secura et mors acerba. Caeterum quid in vita Cimonis conscribenda Nepos Theopompo debuerit, exposui in disquisit. Crit. de font. et auct. Nepotis p. 61 seq.

Fr. 95 seq. Locum hunc de Eubulo interpretes non uno modo acceperunt. Dalecampius de cive quodam Tarentino cum Eubulo collato intellexit. Casaubonus Athenaeum nos fallere praecepit, et Theopompum non de Eubulo locutum existimat, sed de universo populo Atheniensi, cuius comparationem cum populo Tarentino instituerit, quasi legeretur: ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος. Est, fateor, insolitum unius hominis mores cum universi populi vivendi ratione conferre, hoc tamen non eo apud me valet, ut non Schweighaeusero potius accedam, verbaque historici de Eubulo deque populo Tarentino intelligam. Neque adeo ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων per δῆμος supplenda putem, sed ὁ δὲ de Eubulo accipiens τῶν Ἀθηναίων ad sequentia καὶ τὰς προσόδους refero, hoc sensu: *Ita luxu et avaritia Eubulus Tarentinos superavit, ut hi epulis tantum nimium indulgerent, ille vero Atheniensium publicos reditus ad plebem sibi conciliandam consumeret.* Haec explicatio comprobatur ab Harpocra-

tione, qui, v. Ἔυβουλος. decimum item Theopompi librum citans, eadem, ut videtur, verba sic circumscripsit: ὅτι δὴ δημαγωγὸς ἦν ἐπιφανέστατος, ἐπιμελής τε καὶ φιλοπόνος, ἀργύριόν τε συχνὸν πορίζων τοῖς Ἀθηναίοις διένειμε. Eo consilio, docente Philino apud eundem v. Θεωρικὰ, ἵνα πάντες ἑορτάζωσι, καὶ τῆς θεωρίας μηδεὶς τῶν πολιτῶν ἀπολίπηται δι' ἀσθένειαν τῶν ἰδιῶν. Immo lege sanxit: θανάτῳ ζημιοῦσθαι εἴτις ἐπιχειροίη μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικὰ, ut testatur Ulpianus in Demosth. Olynth. I. p. 2., cf. Libanius in eiusdem argum. Atque ea lege perlata accidisse indicat Theopompus apud Harpocrat. v. Ἔυβουλος, ut, eo rem publicam administrante, civitas imbellis admodum fieret et ignaviae plena. Ad ea tempora pertinent, opinor, haec Justini VI. 9. . . . . *In segnitiem torporemque resoluti, non ut olim in classem exercitusque, sed in dies festos apparatusque ludorum, reditus publicos effundunt, et cum actoribus nobilissimis poetisque theatra celebrant, frequentius scenam quam castra visentes; versificatores meliores quam duces laudantes. Tunc vectigal publicum, quo antea milites et remiges alebantur, cum urbano populo dividi coeptum.* De Eubulo caeterisque eiusdem nominis vid. Ruhnken. Hist. Cr. Or. Gr. Op. tom. I. p. 338 sq.

Callistratus Callicratis filius variis muneribus functus est. Una cum Timotheo et Chabria in bello adversus Spartanos dux creatus est Olymp. C. 4. Diod. Sic. XV. 29. Legationem obivit et in conventu Arcadum, Epaminonda petente ut hi societatem cum Thebanis et Argivis facerent, ille postulans, ut potius amicitiam sequerentur Atheniensium, in oratione sua acriter invectus est in Thebanos et Argivos, teste Nepote Epam. c. 6. cf. Diod. XV. 23. Postea Ol. CVI. 2. Archon fuit. Idem XVI. 23. In primis autem eloquentia nomen adeptus est, adeo ut, teste Nepote ibid.

ibid., eâ omnibus id temporis praestaret; quod ipse Demosthenes confirmat, qui interrogatus, uter esset melior Orator ipsene an Callistratus, respondisset, ἐγὼ μὲν γραφόμενος, Καλλίστρατος δὲ ἀκουόμενος. Rem narrat Ulpianus in Demosth. in Timocr. p. 467. cit. a Ruhnkenio ibid. p. 332., ubi de hoc oratore plura. Abiit in exilium, ex quo cum invito populo rediisset, ad supplicium raptus est, secundum Lycurgum Orat. cit. ab eod. At teste Seneca de Benef. VI. 37. reditum, optante quodam ut Atheniensibus exulum restituendorum necessitas esset, repudiavit.

Fr. 97. Voce σύνταξις hac significatione utitur Hyperides Orat. Deliaca apud Harpocrat. ibid. σύνταξιν ἐν τῷ παρόντι οὐδενὶ διδόντες, ἡμεῖς δέ ποτε ἠξιώσαμεν λαβεῖν. Isocrates Panath. συντάξεις καὶ φόρους ὑποτελεῖν.

Fr. 98. Quis ille Pantaeni filius, qui Theopompo teste Pericli in re publica adversatus est? Prorsus nescio. Androtion apud Schol. h. l. idem testatur de Thucydide Milesiae filio. Praeter hunc tres fuere huius nominis, quos cum eodem Scholiaste recenset Marcellinus vit. Thuc. §. 28. ed. Poppo. Horum tamen nullum intellexit Theopompus: nam unus est Olori filius celeber ille ἱστοριόγραφος, alter Pharselius, quem Polemo Menonis filium vocat, tertius poeta, quem Androtion Praxiphanis filium appellat. Androtionis tamen traditionem plerique secuti sunt. Plut. Pericl. c. 8. Διαμνημονεύεται δέ τις καὶ Θουκυδίδου τοῦ Μιλησίου λόγος — ἦν μὲν γὰρ ὁ Θουκυδίδης τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ πλεῖστον ἀντεπολιτεύσατο τῷ Περικλεῖ χρόνον. Item Athenaeus XI. p. 506. B. eum Milesiae filium facit: Μιλησίαν τὸν Θουκυδίδου τοῦ ἀντιπολιτευσαμένου Περικλεῖ. Nam avus et nepos eodem apud Graecos nomine plerumque utebantur. Equidem Androtionis traditionem praeoptem, nam e Thucydide historico satis constat, huius cognominem Peric's adver-

versarium fuisse; hunc autem fuisse Milesiae filium opinor, quoniam δημαγωγὸς fuit teste Marcellino l. c. Ad locum hunc Theopompi, credo, respexit Ammonius, cum, postquam docuerat v. διαπολιτεύεσθαι, hoc verbum de partium studiis in una quadam civitate usurpari, ἀντιπολιτεύεσθαι vero de dissidiis inter duas civitates invicem, notat: Θεόπομπος δὲ τοὺς ἐν μιᾷ πόλει φιλοτιμουμένους πρὸς ἀλλήλους, ἀντιπολιτεύεσθαι ἔφη. Eodem verbo hac ipsa in re usi sunt Plutarchus et Athenaeus l. c., eodemque sensu Strabo XIV. p. 955 B. de Theopompo nostro et Theocrito civibus scripsit: ἀντεπολιτεύσαντο ἀλλήλοις. Marcellinus vero διεπολιτεύσατο, pro quo nonnulli illud maluerunt. Vid. Poppo ad h. l.

Fr. 100. Intelligitur Cleon Atheniensis, de quo Demosthenem h. l. dicentem facit Comicus.

'Αλλ' εἰσὶν ἱππῆς ἄνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι
Μισοῦντες αὐτὸν, οἳ βοηθήσουσί σοι.

Cur vero hoc loco ἐν δεκάτῳ rescripserim pro vulgare ἐνδεκάτῳ ex hoc fragmento cum caeterorum hujus libri fragmentorum argumento collato sponte explicatur.

Fr. 102. Schol. Aristoph. Pac. v. 680. Χρέμιδος. *Atqui modo ex Androtione notatur, Antiphanis eum fuisse filium: suspicari licet, Antiphanem iocosae comoediae libertate transformatum abiisse in Chremetem: quod Theopompum fallere potuit, nam Androtioni maior est in rebus patriis habenda fides.* M. SOLANUS. Utervis vero eius pater fuerit, de eo sic Andocides apud Schol. Aristoph. Vesp. v. 1001. περὶ Ὑπερβόλου λέγειν αἰσχύνομαι, οὗ ὁ μὲν πατὴρ ἐστιγμένος, ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ αἰγυροκοπείῳ δουλεύει τῷ δημοσίῳ, ὡς δὲ ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυχνοποιεῖ.

Fr. 103. Idem ex eodem Theopompi loco, addito libri numero, sic retulit Schol. Lucian. Tim. 29. Tom. I. p. 142. Θεόπομπος δὲ πάλιν ἐν δεκάτῳ Φιλιππικῷ [lege Φι-

φιλιππικῶν SOLANUS] ἐν Σάμῳ φησὶν ἐπιβουλευθέντα ὑπὸ τῶν Ἀθήνηθεν ἐχθρῶν ἀναιρεθῆναι, τὸ δὲ νεκρὸν αὐτοῦ εἰς σάκκον βληθὲν ῥιφῆναι εἰς τὸ πέλαγος. Erat autem ἐξοστρακισθέντος Hyperboli caussa haecce: cum Alcibiades et Nicias, prae caeteris eminentes potentia et honore, ob id intelligerent alterutrum ostracismo damnatum iri, populum praesertim concitante Hyperbolo, clanculum ambo inter se conspirarunt, eoque rem deduxerunt, ut omni suspicione a se remota, non alteruter ipsorum, sed Hyperbolus ostracismo multaretur. Id tamen, ut continuo voluptatem quandam et risum populo praebuit, sic postea effecit, ut hoc exilii genus, quippe dedecoris et insolentiae plenum, prorsus abolerent Athenienses. Rem narrat Plut. Arist. c. 7. Nic. c. 11.

Fr. 104. De utroque Valerius Max. III. 4. *Quam matrem Euripides, quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque saeculo ignotum fuit. Alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditasse, omnium pene doctorum literae loquuntur.* De Demosthene cf. Iuvenalis X. 126 seq.

Fr. 106. Hoc Theopompi de Demosthene iudicium in sequentibus refutat Plutarchus.

LIBER XI.

Fr. 109. Isocrates Phil. citatus ab Harpocr. h. l. οἵανπερ Μηδόκῳ τῷ παλαιῷ διὰ τοὺς ἐν Χεῤῥονήσῳ γεωργοῦντας. Ubi ex Harpocratione Ἀμαδόκῳ correxit Maussacus. Cf. Demosthenis Or. in Aristocr.

Fr. 110. Locum hunc, cuius priorem tantum partem exhibuit Eusebius, supplevi ex Isocratis Or. Paneg. init., quoniam hujus locum integrum, ne verbis quidem mutatis, in hunc undecimum Phil. librum intulit Theopompus, teste Porphyrio ibid; quamquam nescimus in quibus Isocratis verbis subtiterit.

LI-

LIBER XII.

Fr. 111. Πακώριος] Perperam, scribe Ἀκώριος. Paulo post legitur Ἄκωρις. A Diodoro XV. 2. Ἄκορις vocatur. Apud Eusebium Ἄκωρις, quemadmodum apud Africanum et Syncellum. Vid. Scaliger. ad Eusebium Num. MDCXVI. Mox pro Βαρκαίους, lege Βαρβάρους. Refert Diodorus ibid. et cap. seq. Acorin Persarum hostem societatem cum Euagora iniisse, eique frumenti, pecuniae caeterique apparatus satis misisse; postea eidem petenti quinquaginta naves auxilio dedisse. Atque huc spectare videntur ὡς . . . . ὑπὲρ Εὐαγόρου ἔπραττε τοῦ Κυπρίου ἐναντία πράττων τῷ Πέρσῃ.

Ibid. ὄντε τρόπόν παρὰ δόξαν Εὐαγ. κ. τ. λ.] Sic malui pro παράδοξον. Euagoras Salaminius, antea in exilium pulsus postea cum exigua manu reversus, Abdemonem Tyrium Persarum regis amicum eiecit, seseque ipse regio imperio praeposuit, omnem Cretam sibi subiicere instituens, civitatumque alias vi alias verbis sibi comparans. Ita Theopompus supplendus ex Diodoro XIV. 98. illum, ut videtur, secuto. Cf. Isocrates, qui Euagoram testatur imperium recuperasse παρακαλέσαντα ἀνθρώπους, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι, περὶ πεντήκοντα. Audaemon, sive potius Abdemon, quem τὸν Κιτιέα vocat Theopompus, a Diodoro Τύριος (nam Τύριον pro vulgari Τύρσιον optime restituerunt Palmerius et Wesselingius) appellatur, quod Tyro erat exul. Eum innuit Isocrates in Euagora, χρόνῳ δ' ὕστερον ἀφικόμενος ἐκ Φοινίκης ἀνὴρ φυγὰς, καὶ πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλεύοντος τότε καὶ δυναστείας μεγάλας λαβὼν, οὐ χάριν ἔσχε τούτων, ἀλλὰ κακὸς μὲν γινόμενος περὶ τὸν ὑποδεξάμενον. δεινὸς δὲ πρὸς τὸ πλεονεκτῆσαι, τὸν μεν εὐεργέτην ἐξέβαλεν, αὐτὸς δὲ τὴν βασιλείαν κατέσχεν. Inter urbes, quas Abdemon tenuit, Citium fuit, unde Κιτιέα eum appellat Theopompus, fortasse, quia hoc oppidum omnium pri-

primum occuparat. Cf. Barbeyrac. Hist. foed. P. I. pag. 170. Wessel. ad Diod. l. c.

Ibid. Τίνα δὲ τρόπον Ἕλληνες. Digressus videtur h. l. Theopompus ad antiquiorem Cretae historiam, in qua explicuerit, quomodo insula sub Graecorum potestatem venerit, Amathusiorum, qui a Cinnyro quodam stirpem duxerunt, mentione caussam praebente. Amathusios autem memoravit, quod hi, Cypro ab Euagora subacta, cum Soliis et Citiensibus contra Euagoram armis decertare constituerant, et legatos, qui auxilium ab Artaxerxe peterent, miserant. Diod. l. c. Ad eandem rem respexisse opinor Ephorum, libro XIX. apud Stephanum 'Ωτιεῖς — 'Αμαθούσιοι δὲ καὶ Σόλιοι καὶ 'Ωτιεῖς ἀντέχοντες ἔτι τῷ πολέμῳ. Cum vero apud Diodorum legatur 'Αμαθούσιοι δὲ καὶ Σόλιοι καὶ Κιτιεῖς ἀντέχοντες τῷ πολέμῳ, ob perspicuam verborum similitudinem pro Κιτιεῖς ex illo 'Ωτιεῖς legendum existimo, obsecutus Meursio Cypr. I. 10, adversante licet Wesselingio. Cf. Marxius ad Ephorum p. 245. Amathusiorum etiam postea peculiaris tribus fuit, cuius principem Seleucus obsides dare coëgit. Diod. Sic. XIX. 62.

Ibid. Ὅπως τε ὁ βασ. Εὐαγ.] Crimen interfecti Agyris, Persarum socii in Euagoram coniectum, huius in dies crescens potientia, et idoneus Cypri situs navalesque copiae, Regi in primis persuaserunt, ut Euagorae bellum inferret. Diod. XIV. 98. — Post στρατηγὸν omissum est μὲν, cui sequens δὲ responderet; de vocis ἐξατράπην auctoritate viri docti dubitant. Diodorus, omisso Autophradate Lydiae satrape, qui Theopompo auctore, στρατηγὸς a Persa creatus sit, nec memorat Hecatomnum navarchum fuisse, sed tantum: Ἑκατόμνῳ δὲ τῷ Καρίας δυνάστῃ προσέταξε [ὁ βασιλεὺς] πολεμεῖν τῷ Εὐαγόρᾳ· αὐτὸς δὲ τὰς ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις πόλεις ἐπιπορευόμενος, μεγάλαις δυνάμεσι διαβαίνει εἰς τὴν Κύπρον.

Pot-

Potest tamen sic accipi, utrumque exercitui regem praeposuisse hunc navali, illum pedestri; postea tamen ab hoc consilio recessisse. Atque ea de caussa factum esse opinor, ut deinceps Hecatomnus Regi iratus clanculum cum Euagora faceret, eique pecunias subministraret, quae militibus peregrinis solvendis inservirent. Diod. Sic. XV. 2. Hecatomni meminit Harpocrat. in ἐπίσταθμοι et in Ἰδριεύς.

Ibid. Καὶ περὶ τῆς εἰρήνης] Pacem innuit, εἰ δεῖ τὴν τῆς Ἑλλάδος ὕβριν καὶ προδοσίαν εἰρήνην καλεῖν, ἧς πόλεμος οὐδεὶς ἀκλεέστερον ἤνεγκε τέλος τοῖς κρατηθεῖσι, ut ait Plutarchus, Artax. c. 21, at pacem tamen Antalcidae opera compositam. Quum indicasset Lacedaemonios dominandi cupidos et turgidis, quibus erant, animis foederis conditiones violasse; exercitum enim in Mantineam moverunt; Atheniensibus contra foedus servare studentibus, adeo ut, cum Mantinenses legatos Athenas miserant, qui auxilium implorarent, οὐ προαιρουμένων δὲ τῶν Ἀθηναίων παραβαίνειν τὰς κοινὰς συνθήκας, ὅμως καθ᾽ αὑτοὺς ὑποστάντες τὴν πολιορκίαν, εὐρώστως ἠμύνοντο τοὺς πολεμίους, ut est apud Diod. XV. 5; tum subiunxisse videtur Theopompus, quibus conditionibus pax composita fuerit, unde appareret, quatenus ea a Lacedaemoniis corrupta sit. Nam eiusmodi οἰκονομία ex excerpto apud Photium intelligitur, eademque dispositione rem retulit Diodorus l. c. Λακεδαιμόνιοι μὲν ἔγνωσαν στρατεύειν ἐπὶ τὴν Μαντίνειαν, οὐδὲν φροντίσαντες τῶν γεγενημένων σπονδῶν, διὰ τοιαύτας αἰτίας· προυπαρχούσας τῆς Ἑλληνικῆς κοινῆς εἰρήνης ἐπὶ Ἀνταλκίδου (καθ᾽ ἣν αἱ πόλεις ἅπασαι τὰς μὲν φρουρὰς ἀπετρίψαντο, τὴν δ᾽ αὐτονομίαν καθ᾽ ὁμολογίαν παρέλαβον), Λακεδαιμόνιοι φύσει φιλαρχοῦντες καὶ πολεμικοὶ ταῖς αἱρέσεσιν ὄντες, τὴν εἰρήνην ὥσπερ βαρὺ φορτίον οὐχ ὑπέμενον, τὴν δὲ προγεγενημένην τῆς Ἑλλάδος δυναστείαν ἐπιποθοῦντες, μετέωροι ταῖς ὁρμαῖς ὑπῆρχον πρὸς καινοτομίας. Quem locum ideo

ideo in primis apposui, quoniam haec et sequentia credo Diodorum a Theopompo mutuatum esse. Erat autem in foedere, quod servavit Xenophon Hell. V. init. inter alia: Βασιλεὺς νομίζει δίκαιον . . . . . τὰς δὲ ἄλλας Ἑλληνίδας πόλεις καὶ μικρὰς καὶ μεγάλας αὐτονόμους ἀφεῖναι. De pace loquens Theopompus verbo usus est, ut ex excerpto Photii intelligitur, βραβεύειν, ad eminentem Regis Persarum potestatem declarandam aptissimo. Nam usurpatur fere de potestate et vi superiori, cui resisti nequeat, ut de Deo, quemadmodum Iosephus A. I. XIV. 9. λογίζεσθαι δὲ, ὡς, εἰ καὶ πολέμου ῥοπὰς βραβεύει τὸ θεῖον, πλέον ἐστι τῆς στρατείας τὸ ἄδηλον; de fortuna, ut Diodorus XIII. 53. ὥσπερ τῆς τύχης οὐκ ἐναλλὰξ εἰθισμένης βραβεύειν τὰ κατὰ πόλεμον προτερήματα. Item de iudice, vid. Wessel. ad eundem XIV. 65. Hoc loco de rege Persarum, summo rerum moderatore, proque suo arbitrio Graecis pacem concedente; eodemque in hac re verbo usus est Plutarch. l. c. Caeterum de navali ad Cyprum proelio cf. Diodorus XV. 3, 4.

Ibid. ὡς Τιρίβαζος ἐπολέμησεν] Diodorus XV. 2. Τηρίβαζος, quamquam in Coisl. Cod. omnium optimo illud legatur. Praeerat navalibus copiis, cumque eo Gao (Γαὼ, ut vocatur a Diod. c. 3. sive potius Γλοῦς aut Γλῶς, ut ab aliis, cf. Wessel. ad h. l.) Postea vero omnia penes Tiribazum erant. Nam deinceps Diodorus c. 8: ὁ δὲ Τηρίβαζος τῶν ὅλων ἔχων τὴν ἡγεμονίαν. Pedestris exercitus στρατηγὸς erat Orontes, Artaxerxis gener. Diod. XV. 2. cf. Barbeyrac. Hist. Foed. P. I. pag. 167. Wessel. ad Diod. XIV. 26. Quae sequuntur ita supplenda sunt e Diodoro XV. 8. Euagoras interim omni auxilio destitutus, dum Salamis obsidebatur, pacis legatos mittere cogitur, quam Tiribazus se concessurum promittit, ea lege, ut ille, omnibus Cypri urbibus relictis, uni Salamini imperet, tributum

annuum regi pendeat, eique ut Domino servus obediat. At Euagoras, caetera, utcunque dura, concedens, servi tamen ministerio fungi recusat. Quod cum Tiribazus non admitteret, Orontes illi gloriam invidens, instigante Euagora, ut ex Theopompo constat, eum de rebus ad Salamina neglectis, de societate cum Lacedaemoniis privatim inita, de oraculo Delphico super bello adversus regem movendo consulto, de corruptis tandem copiarum ducibus per litteras apud Regem criminatur. Quibus Rex auditis, Orontae rescribit, ut Tiribazum in vincula coniiciat, adque se mittat. Hic ad Regem missus in custodiam traditur.

Ibid. Καὶ ὡς Νεκτανίβιος — πρέσβ. ἀπ. Εὐαγ.] De hisce legatis nihil mihi aliunde constat. Fuerit tamen missa legatio et quidem ante finitum bellum; at certe non Νεκτανίβιος iam παρειληφότος τὴν Ἀιγυπτίων βασιλείαν. Si quidem is postea demum regnum accepit, modo idem intelligendus sit, quem Aegyptum adversus Pharnabazi irruptionem probe muniisse testatur Diodorus XV. 42. Acoris vero, ut satis ex eodem constat, per omne bellum inter Persas et Euagoram Aegypto praeerat. Postea vero Theopompus iterum Acorin memorat, eundem procul dubio, de quo antea egerat. Unum certe huius nominis tantum agnovit Diodorus, apud quem reges hoc ordine veniunt: Acoris — Nectanibus I. — Tachus — Nectanibus II. Igitur, quamquam Theopompus historiam suam non per singulos annos Annalium in modum conscripsit, atque adeo hic illic ὕστερον πρότερον referre potuit, vereor tamen ne, quod hic legimus, Euagoram legatos misisse Nectanebi regnum Aegypti iam tenenti, ἀναχρονισμὸν sapiat, sive ipsi Theopompo sive eius excerptori Photio tribuendum. Verum nolumus hac in re censuram agere, optamus potius fore ut historiae

Ae-

Aegypti adhuc obscuritatis plenae, lux aliquando exoriatur per Champollionii et Seyffarti indefessas curas.

Ibid. τίνα δὲ τρόπον — διελύθη] Orontes summus tunc Imperator Euagoram animadvertens fortiter tolerare obsidionem, suos autem milites Tiribazi captivitatem moleste ferre, obque id obsequium recusare et obsidionem relinquere, ad Cypri regem mittit, qui de pace agerent, et quas conditiones ipse pridem probasset, iisdem pacem constituerent. Tum Euagoras συνέθετο τὴν εἰρήνην, ὥστε βασιλεύειν τῆς Σαλαμῖνος, καὶ τὸν ὡρισμένον διδόναι φόρον κατ' ἐνιαυτὸν, καὶ ὑπακούειν, ὡς βασιλεὺς βασιλεῖ προστάττοντι. Sic bellum decem ferme annorum, cuius pars maxima in apparatibus consumta erat, cum duos tantum annos bellatum esset, finem accepit. Diod. XV. 9. Consentit partim Isocrates in Euagora, p. 201. ed. Steph. Εὐαγόρᾳ δὲ πολεμήσας ἔτη δέκα, τῶν αὐτῶν κύριον κατέλιπεν, ὧνπερ ἦν καὶ πρὶν εἰς τὸν πόλεμον εἰσελθεῖν. Non item in caeteris, cf. Barbeyrac. ibid. p. 190. Wessel. ad Diod. l. c.

Ibid. καὶ περὶ Νικοκρέοντος κ. τ. λ.] Nicocreon hic Euagorae filius idem est, quem Theopompus Phil. l. XV. Nicoclen vocat, nam saepe haec nomina a scriptoribus confunduntur. Vid. Leopardi Emend. I. 10. Casaub. ad Athenaeum VIII. 9. Diodorus in Euagorae nece tradenda Nicoclen habet XV. 47, ubi tamen mendum in verbis. Νικοκλῆς ὁ εὐνοῦχος ἐδολοφόνησεν Εὐαγόραν τὸν βασιλέα καὶ τῆς τῶν Σαλαμινίων βασιλείας ἐκυρίευσε. Atqui Nicocles legitimus fuit Euagorae filius et patri successit, teste Isocrate. Euagoram vero ab eunucho interemtum praeter Theopompum et Diodorum Aristoteles tradit Polit. V. 10. At apud Theopompum eunuchus Thrasydaeus, à Diodoro Nicocles vocatur; quamobrem hunc Νικοκλῆς καὶ ὁ εὐνοῦχος scripsisse coniecit Palmerius, adeo ut Nicocles particeps facinoris habeatur; unde tamen sequeretur necesse est,

eunuchum imperii item participem fuisse, siqnidem verba ita coniuncta tam pertinent ad ἐκυρίευσε, quam ad ἐδολοφόνησεν et utrumque praeterea singulare cum plurali numero commutari oporteret. Nomen perverso ordine collocatum putem et legendum esse: ὁ εὐνοῦχος [Thrasydaeus] ἐδολοφόνησεν Εὐαγ. τὸν βασιλ. καὶ τῆς τῶν Σαλαμινίων βασιλείας Νικοκλῆς ἐκυρίευσε. Sic et controversia sublata est et constat oratio. Simsonius in Chron. ad A. M. 3631. verba sic correxit: Νικοκλῆς, ἐπεὶ ὁ εὐνοῦχος — τὸν βασιλέα, τῆς τῶν κ. τ. λ. eodem sensu; vide igitur utrum praestet. Alter Euagorae filius, maior, ut videtur, natu, qui ob turpes amores una cum patre interfectus est, a Theopompo Πνυταγόρας, ab Isocrate Πρωταγόρας, a Diodoro XV. 4. Πυθαγόρας vocatur.

Ibid. εἶτα τίνα τρόπον Ἄκωρις ὁ Αἰγ. κ. τ. λ.] Ea videtur συμμαχία, de qua Diodorus XV. 29. Ἄκορις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς ἀλλοτρίως διακείμενος πρὸς τὸν Περσῶν βασιλέα, δυνάμεις ξενικὰς ἀξιολογοὺς ἤθροισε· μεγάλους γὰρ μισθοὺς τοῖς ὑπακούουσι προστιθεὶς, συχνοὺς εὐεργετῶν, ταχὺ πολλοὺς ἔσχε τῶν Ἑλλήνων, ὑπακούοντας πρὸς τὴν στρατείαν. Conductitio huic exercitui Chabriam Atheniensem praefecit. Cf. ad fr. 117. Facta Pisidarum et vicinorum Aspendiorum mentione, de eorum terrae situ et ratione exposuit, qua de re vide Strabon. XII. p. 854 seq. et consuli meretur magna vir eruditione Bochartus de Phoenic Col. c. 6. Op. Tom. I. p. 361.

Ibid. Καὶ ὡς ἐκ Σύρνου κ. τ. λ.] Egit h. l. Theopompus de nonnullis heroibus e bello Troiano reducibus, deque regionibus ab iis occupatis. Primum de Podalirio, Aesculapii filio, omisso tamen fratre Machaone: nam

Οἱ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν
Οἱ τ' ἔχον Οἰχαλίην, πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος·

τῶν

Τῶν αὖθ' ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε,
Ἰητῆρ' ἀγαθὼ, Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων.

cecinit Homerus Il. II. v. 729 sq. cf. Diod. IV. 71. Podalirius primum ad Cariam appulit, ibique Syrnum urbem condidit. Rem ita narrat Stephanus B. v. Σύρνα, Theopompo fortasse ipsó auctore: Σύρνα, πόλις Καρίας. Ἔκτισται δ' ὑπὸ Ποδαλειρίου. Ἐκπεσόντα γὰρ αὐτὸν εἰς Καρίαν, σωθῆναι ὑπό τινος αἰγοβοσκοῦ, καὶ ἀχθῆναι πρὸς Δαμαιθὸν Καρίας βασιλέα, οὗ τὴν θυγατέρα Σύρναν πεσοῦσαν ἀπὸ τοῦ τέγους, ὑπ' αὐτοῦ θεραπευθῆναι· Φασὶ δὲ οὕτως, ἀθυμοῦντος τοῦ Δαμαιθοῦ, τὸν Ποδαλείριον ἀφ' ἑκατέρου τῶν βραχιόνων αἷμα ἀφελόντα, σῶσαι τὴν παῖδα· τὸν δὲ θαυμάσαντα, συνοικῆσαι αὐτῷ τὴν παῖδα, καὶ δοῦναι τὴν Χεῤῥόνησον· Ἐν ᾗ δύο πόλεις κτίσαντα, τὴν μὲν ἀπὸ γυναικὸς Σύρνου, τὴν δὲ ἑτέραν ἀπὸ τοῦ σώσαντος νομέως. Rem candem innuere videtur Pausanias l. III. extr., urbem tamen Σύρον appellat. Obiisse vulgo creditur in Italia, quod in colle Dauniae, cui Drium nomen, eius sacellum monstratur. Strabo VI. p. 435 seq. Lycophron Cassandra vs. 1047 seq., adversante tamen Tzetze ad h. l. Eius nepotes, avita urbe relicta, Cnidum et in insulam Coum se receperunt, ubi posteri magna cum laude, ὡς Ἀσκληπιάδαι, salutarem artem exercuerunt; qua de re fusius hoc libro Theopompus disputasse videtur.

Ibid. Καὶ περὶ Μόψου κ. τ. λ.] Mopsus Mantûs filius (Strabo XIV. p. 951.) et Amphilochus Troia profecti Mallum Ciliciae urbem condiderunt. Hic in Graeciam abiit, postea reversus, non tamen a Mopso receptus, ob id singulari certamine cum eo congressus est, in quo cum ambo perierant, sepulti sunt apud Magarsum, non procul a Pyramo, turri inter eorum sepulcra posito, ut ne post mortem quidem alter esset in conspectu alterius. Strabo XIV. p. 993, ubi magnus Casaubonus optime Μάργασα in Μάγαρσον muta-

 vit;

urbes confuderit. Strabo certe, quem ipse citat, diserte unam *Telmissum* alteram *Termissum* appellavit, cf. Stephanus in utraque voce.

Fr. 112. De Calchante et Amphilocho eadem retulit Strabo, ad sequens fragm. citandus.

Fr. 113. In Schol. e Cod. Paris. ed. a Brunckio *καὶ χρηστήριον ἐν αὐτῇ καθιδρυμένον ὑπὸ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου, ἢ ὑπὸ Κλάρου τοῦ Ἄλωος.* Sequuntur in utroque scholio aliorum tradita. Clearchus (sic Cod. Paris., alter: *Nearchus*), cum Apollo urbem sortito accepisset, eam *ἀπὸ τοῦ κλήρου* vocatam esse censet. Thebaicarum rerum scriptores, Mantone, quae Rhacio Mycenaeo prope Colophonem, ubi convenerant, nupserat secundum oraculum, patriam devastatam deplorante, a lacrymis nomen sortitam esse, cum quibus aliquatenus consentit Pausanias VII. 5. Alii denique urbem dictam putant *διὰ τὸ κληρώσασθαι ἐκεῖ τὸν Ποσειδῶνα καὶ Ἄδην.* Theopompus vero ab heroë Claro conditam scripsit. Id eum hoc libro retulisse opinor, quoniam eodem libro de Mopso filio Mantûs egit, quem etsi Clari conditorem non habuit, id tamen, ut ab aliis traditum memoriae prodere potuit: Mopsi certe mentione facta Clarum opportune admodum memorare potuit, quomodo id fecit Strabo XIV. p. 951. Theopompum fortasse secutus: *Καὶ ἡ Κολοφὼν, πόλις Ἰωνικὴ, καὶ τὸ πρὸ αὐτῆς ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν πότε παλαιόν· Λέγεται δὲ Κάλχας ὁ μάντις μετ' Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὴν ἐκ Τροίας ἐπάνοδον πεζῇ δεῦρο ἀφικέσθαι· περιτυχὼν δ' ἑαυτοῦ κρείττονι μάντει κατὰ τὴν Κλάρον Μόψῳ τῷ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου θυγατρὸς, διὰ λύπην ἀποθανεῖν.* Ab urbe vero et oraculo Apollo Clarius vocatus est. Tzetzes ad Lycoph. vs. 1464. De Apolline Clario legi meretur Ez. Spanhemius ad Callim. in Apoll. v. 70.

Fr. 114. De Ulyssis mortis cum genere tum tem-

 pore

pore et loco tot diversae traditiones iam ab antiquis, maxime poëtis, circumferebantur, ut hodie ea de re nihil certi possit statui. Nonnullas traditiones verbose et stolide exposuit Tzetzes ad vs. 805; alias collegit Simson. in Chron. ad an. 2855. Fragmentum autem ad hunc librum pertinere ex praecedentibus intelligitur, dummodo saltem sit nostri Theopompi, non vero Atheniensis Comici, qua de re merito quaerit Müllerus ad h. l.; nam docuisse Comicum fabulam titulo *Ulyssis* constat, praeterquam e Polluce VII. 74, ex Athenaeo IV. p. 165 B. et Schol. Aristoph. Vesp. v. 1337. In dubio tamen nostrum intelligo, quoniam si ἁπλῶς per solum nomen citetur, hic saepius quam alius quicunque significatur. Duas postremas voces ὑπ' αὐτῶν, quas retinent Codd. Vitt. duo, caeteri Codd. omittunt. Nec requiri nobis videntur.

Fr. 115. Suspicor hoc fragmentum partem esse historiae belli socialis, e defectione Rhodiorum, Coorum et Byzantiorum orti, de quo Diodorus XVI. 7; et Theopompum indicare voluisse Atheniensium civitas etsi miscrat, qui defectionem sedarent, multitudinem tamen rebus Chiorum studuisse, adeo ut a Diis fausta omnia non minus his, quam sibi ipsa precaretur. In re cum Theopompo consentit Thrasymachus in Μεγάλῃ τέχνῃ apud Schol. ibid.

Fr. 116. Haec descripserunt Suidas et Photius in v. Quamvis Theopompus peculiarem de Mausolo orationem composuerit, non tamen dubito quin bina haec fragmenta hic collocanda sint, partim quod ubicunque Theopompus ἁπλῶς citatur, Philippica fere designantur, partim quod in illa Oratione, quae ad laudes Mausoli omnino destinata fuerit, priori fragmento non facile locus fuisset. Accedit, quod ex Photio constat Theopompum de Hecatomno egisse, qui in altero fragmento commemoratur, et, si vere coniecimus prae-

ce-

cedens fragmentum ad bellum sociale pertinere, consequens erit, ut statuamus Theopompum h. l. de Mausolo egisse, qui huius belli praecipua caussa fuisse videtur, et Chiis auxilia miserat, notante Diodoro XV. 7, ac, licet Rhodiorum amicus, hac tamen occasione libertatem iisdem ademerat, ut testatur Demosthenes de Rhod. lib. init. Ut adeo cum hac re optime congruat Theopompi iudicium, Mausolum a nullo facinore abstinuisse, pecuniae gratia. Aegre tamen hoc iudicium in Theopompo ferimus, quem merito credideris in Oratione funebri eiusdem laudes eximie celebrasse.

De Artemisia a Theopompo memorata repetiit Cicero T. Q. III. 51. Item Strabo XIV. p. 970, cuius locus quum progeniem Hecatomni contineat, eum hic apponere operae pretium existimo. *Ἑκατόμνου γὰρ τοῦ Καρίων βασιλέως, ἦσαν υἱοὶ τρεῖς, Μαύσωλος καὶ Ἰδριεὺς καὶ Πιξώδαρος· καὶ θυγατέρες δύο, ὧν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ἀρτεμισίᾳ συνῴκισε Μαύσωλος ὁ πρεσβύτερος τῶν ἀδελφῶν, ὁ δὲ δεύτερος Ἀδᾳ τῇ ἑτέρᾳ ἀδελφῇ·* (sic lectio Vett. libr.) *ἐβασίλευε Μαύσωλος· τελευτῶν δ' ἄτεκνος, τὴν ἀρχὴν κατέλιπε τῇ γυναικὶ, ὑφ' ἧς αὐτῷ κατεσκευάσθη ὁ λεχθεὶς τάφος· φθίσει δ' ἀποθανούσης διὰ πένθος τοῦ ἀνδρὸς, Ἰδριεὺς ἦρξε· καὶ τοῦτον ἡ γυνὴ Ἀδὰ διεδέξατο νόσῳ τελευτήσαντα. Ἐξέβαλε δὲ ταύτην Πιξώδαρος, ὁ λοιπὸς τῶν Ἑκατόμνου παίδων. Περσίσας* [pro Περσίκας, quod damnat Palmerius) *δὲ μεταπέμπεται Σατράπην ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς ἀρχῆς· ἀπελθόντος δ' ἐκ τοῦ ζῆν καὶ τούτου, κατεῖχεν ὁ σατράπης τὴν Ἁλικαρνασσόν. Ἐπελθόντος δὲ Ἀλεξάνδρου πολιορκίαν ὑπέμεινεν, ἔχων Ἀδᾶν γυναῖκα, ἣ τις θυγάτηρ ἦν Πιξωδάρου ἐξ Ἀφνηΐδος Καππαδοκίσσης γυναικός. Ἡ δὲ τοῦ Ἑκατόμνου θυγάτηρ Ἀδὰ, ἣν ὁ Πιξώδαρος ἐξέβαλεν, ἱκετεύει τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ πείθει κατάγειν αὐτὴν εἰς τὴν ἀφαιρεθεῖσαν βασιλείαν, ὑποσχομένη ἐπὶ τὰ ἀφεστῶτα συμπράξειν αὐτῷ.* De Mausolo et Artemisia

 plu-

pluribus disputavi in commentatione hisce fragmentis praemissa, duce praesertim Aulo Gellio.

LIBER XIII.

Fr. 117. Iampridem Chabrias conductitio Aegyptiorum exercitui adversus Artaxerxem praefuerat, ab Acori rege arcessitus, absque tamen Atheniensium consensu. Diod. Sic. XV. 29. Nepos in Chabr. c. 2. *Multa in Aegypto sua sponte gessit. Nam Nectanebum adiutum profectus regnum ei constituit. — Id intuens Chabrias, quum in re nulla Agesilao cederet, sua sponte eos adiutum profectus, Aegyptiae classi praefuit.* Ubi tamen error in nomine. Nam pro *Nectanebum* scribendum non *Tachum*, ut censuit Perizonius ad Aelian. VI. 1, nondum enim tunc rex erat, sed *Acorin*, qui initio belli Aegypto praeerat. Tum praefecti regis Persiae legatos miserunt Athenas questum, quod Chabrias adversus regem bellum gerebat cum Aegyptiis. Athenienses diem certam Chabriae praestiterunt, quam ante domum nisi redisset, capitis se illum damnaturos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, neque ibi diutius est moratus, quam fuit necesse. Sic Nepos ibid. c. 3, qui deinceps Theopompum imitatus rem ita enarrat: *Non enim libenter erat ante oculos civium suorum, quod et vivebat laute et indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere. Est enim hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriae comes sit, et libenter de iis detrahant, quos eminere videant altius; neque animo aequo pauperes alienam opulentium intuentur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem, quod tantum se ab invidia putabant*

bant abfuturos, quantum a conspectu suorum recessissent. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigaeo. Altera igitur nunc vice in Aegyptum profectus est, et classis imperium in se suscepit, a rege Tacho persuasus, non vero patriae iussu, quod nec praeteriit Diodorus XV. 92. *δημοσίᾳ μὲν ὑπὸ τῆς πατρίδος οὐκ ἐπεσταλμένῳ, ἰδίᾳ δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως συστρατεύειν πεπεισμένῳ.* Huc pertinet Agesilai responsum, cum ei Chabrias persuadere conabatur, ut in Tachi amicitia permaneret, non vero Nectanebi, qui a rege defecerat, partes amplecteretur. *Σοὶ μὲν, ὦ Χαβρία κατὰ σεαυτὸν ἀφιγμένῳ χρῆσθαι τοῖς σεαυτοῦ λογισμοῖς ἔξεστιν, ἐγὼ δ' ὑπὸ τῆς πατρίδος ἐδόθην Αἰγυπτίοις στρατηγὸς*, apud Plut. Agesil. c. 37.

Fr. 118. Suspicor Theopompum h. l. ita de Iphicrate iudicasse, partim quod eius in praecedenti fragmento mentio occurrit, partim quod hoc libro de Artaxerxis Mnemonis adversus Aegyptios bello agitur: in quo Iphicrates ab Atheniensibus Persarum auxilio missus Graecorum conductitiorum viginti mille sub imperio habuit, ut novimus e Diodoro XV. 41. Quamquam in eiusmodi rebus certi quid statuere non possumus.

Fr. 119. An igitur ad Thasios profectus est Agesilaus auxilium iis laturus, et ob id omnis generis muneribus ab iis cumulatus est? Nihil constat. Ab Aegyptiis vero ita exceptum esse Agesilaum ex iisdem Theopompi libris memorat Athenaeus IX. p. 584 A. *Θεόπομπος μὲν ὁ Χῖος ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς κἀν τῇ τρισκαιδεκάτῃ δὲ τῶν Φιλιππικῶν Ἀγησιλάῳ τῷ Λάκωνι εἰς Αἴγυπτον ἀφικομένῳ πέμψαι τοὺς Αἰγυπτίους χῆνας, καὶ μόσχους σιτευτούς.* Et plenius Nepos Agesil. c. 8, qui hic illic Theopompi verba expressit: *Quod ei usu venit, quum annorum octoginta, subsidio Thaco in Aegy-*

gyptum iuesset. — *Huius de adventu fama cum ad regios esset perlata, celeriter munera eo cuiusque generis sunt allata. His quaerentibus Agesilaum, vix fides facta est unum esse ex his, qui tum accumbebant. Qui cum regis verbis, quae attulerant dedissent, ille, praeter vitulina et huiusmodi generis obsonii, quae praesens tempus desiderabat, nihil accepit, unguenta, coronas secundamque mensam servis dispertiit, caetera referri iussit.* Quibus cum diserte eaedem res quae in hoc fragmento narrentur, nullus dubito qnin pro *καὶ οἱ Θάσιοι ἔπεμψαν* legendum sit: *καὶ ὁ Ταχὼς ἔπεμψε*; et mox pro *λιπαρούντων δὲ τῶν Θασίων*, scribendum *λιπ. δὲ τῶν Αἰγυπτίων*, aut *τῶν τοῦ Ταχὼ στρατηγῶν*, aut simile quid. Quae in mentem non venisse Schweighaeusero valde miror, putanti contra, duo diversa, sed simillima *facta dictaque Agesilai* tradidisse Theopompum. Primum, cum Aegyptii altiles anseres et vitulos ei obtulerant, cuius rei meminerit Atheuaeus tum h. l. tum IX. p. 384 A. ex libr. XIII. Philippicorum. Deinde rursus, cum Thasii eidem *varia et cibaria et bellaria obtulissent*, ad quam rem pertinuerint Theopompi verba ex XI. Hellenicorum, ab Atheuaeo h. l. apposita. Qnod tamen pariter abhorret et a Theopompi sententia et a rei veritate. Idem enim tradiderat in Hellenicis et Philippicis. Omnino ut Xenophon, qui cum in Historia Graeca multa de Agesilao, cui admodum favebat, retulisset, eadem iisdem subinde verbis memoravit in libro, quem separatim de eo composuit. Quamobrem, ut obiter hoc moneam, hunc librum Xenophouti abjudicavit Valckenaerius. Vide tamen quae disputavi in Comm. de font. et auct. Corn. Nepotis, pag. 52 sq. Non autem quicquam reperio de Agesilao ad Thasios profecto, neque de muneribus ei ab his oblatis. Ad Aegyptios vero

vero eum venisse constat tum ex laudato loco Nepotis, tum ex Diodoro XV. 92. τῶν μὲν μισθοφόρων τὴν ἡγεμονίαν παρέδωκεν [Tachus] Ἀγησιλάῳ τῷ Σπαρτιάτῃ, ἀπεσταλμένῳ μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐπὶ συμμαχίαν μεθ' ὁπλιτῶν χιλίων, δυναμένῳ δ' ἡγεῖσθαι στρατιώτων, καὶ δι' ἀνδρείαν καὶ στρατηγικὴν σύνεσιν τεθαυμασμένῳ. — De muneribus Agesilao oblatis cf. Plutarchus Agesil. c. 36. Apophthegm. Lac. Tom. II. p. 210. ubi παντοδαπὰ βρώματά τε καὶ πόματα haud paulo aptius legitur quam apud Theopompum πρόβατα παντοδαπά, ut recte animadvertit Schweigh. ad h. l. Theopompus de his muneribus rursus l. III. Hell., nisi librum tertium perperam pro undecimo citaverit Athenaeus XV. p. 676, ibi vero, quod hic praetermisit, memorat Aegyptios advenienti Agesilao misisse tum alia, tum στεφανωτρίδα βίβλον.

Fr. 120. Agesilaus in Aegyptum cum venisset, eum ob deformitatem corporis, erat enim exiguus et claudus altero pede, irrisit Tachus rex, trito hoc proverbio: ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτεκεν μῦν. Tum ille, hoc audito: φανήσομαι, inquit σοί ποτε καὶ λέων. Athenaeus l. c. Plut. Agesil. c. 36. cf. Nepos Agesil. c. 8. Deinde aegre ferebat quod, cum sperasset, fore ut omnibus copiis praeficeretur, conductitiorum tantum militum imperium accepit, Chabria navalis exercitus duce creato, ipsoque rege universarum copiarum ἡγεμονίαν tenente, Xenoph. Agesil. p. 663 C. Diod. Sic. XV. 92. Plutarchus c. 37. has res in caussa fuisse testatur, cur Agesilaus Nectanebi, qui a Tacho desciverat et rex renunciatus erat, hoc relicto, sese adiungeret. Erat hic Nectanebis Tachi *frater patruelis*, non vero ut Diodorus scripsit eius *filius*, qui totam reliquam historiam mirum in modum confudit. Eo enim auctore, Tachus, post Nectanebi defectionem, per Arabiam ad Persas fugit et pec-

ca-

catorum veniam petiit. Tum haud ita multo post, cum a rege Persarum dux adversus Aegyptios creatus esset, redierit ad Agesilaum, qui, Tacho de salute desperante, proelium adversus Nectanebin commiserit, magnaque Aegyptiorum strage edita, reliquos in fugam converterit. Atqui non rediit Tachus, sed in Persia permansit, ibique, postquam in Persarum luxum prolapsus esset, neque insolitos cibos perferre posset, in luxurie occubuit, ut est apud Aelianum V. 1. Neque adeo Tacho se Agesilaus adiunxit, sed Nectanebi, cui primum auxilium tulerat adversus Tachum, idemque postea praestitit adversus Mendesium quemdam, qui illo tempore Aegypti regnum affectabat armaque in Nectanebin inferebat. Ita Plutarchus ibid. c. 38, cum Theopompo, quantum quidem e fragmento efficias, consentiens. Nepos item in Agesil. extr. non Tachum, sed Nectanebin memorat. Posuit itaque Diodorus pro Nectanebi Tachum, pro Mendesio illo Nectanebin, ut iam viderunt Perizonius ad Aelian. l. c. Wessel. ad Diod. Nectanebis, ut postremo addit Plutarchus c. 40, Agesilaum ob eximia eius merita magnifice eduxit, eique tum alios honores et munera largitus est, tum ducenta et triginta talenta dedit, quae ad bellum in patria adhiberet. Consentit Nepos, nisi quod ducenta et viginti tantum talenta numeret. Neque de his muneribus Diodorus tacet. Caeterum fragmentum hic posui, quippe cohaerens cum praecedenti, quanquam incertum est, an hoc libro ita scripserit Theopompus an vero l. XI. Hell., ubi de Agesilai rebus in Aegypto item egerat.

Fr. 121. Quo pertineat hoc fragmentum certo non dixerim. Verosimile tamen est illud aut ad hunc aut ad superiorem librum pertinere, siquidem in utroque eorum de Aegypto agitur.

Fr.

Fr. 122. Haec item sunt apud Suidam in Δούλων πόλις et Πονηρόπολις. Poneropolis antiquitus Eumolpis dicta, mox capta et instaurata a Philippo, Philippopolis appellata est. Ammianus Marc. XXII. 2. *Philippopolin petiit Eumolpida veterem.* Nam verba Stephani Φιλιππόπολις πόλις Μακεδονίας Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου κτίσμα ἐν τῷ Εὔρῳ, si modo de eadem urbe accipienda sint, ne intelligas de urbe recenter a Philippo condita, sed de instaurata, quomodo vox κτίσμα frequenter usurpatur, veluti de colonia aliquo deducta. Interim pro ἐν τῷ Εὔρῳ, malim ἐν τῷ Ἕβρῳ. Pincdo ἐν τῷ Δευριόπῳ e Livio coniecit. Postea duobus millibus perditi generis hominum a Philippo eo deductis, urbs Poneropolis nomen accepit, Theopompo teste. Quamquam contrarius est Plinii locus H. N. IV. 18. *Oppidum sub Rhodope Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a situ Trimontium.* Sed Plinius errasse videtur. Nam, primum obstat Plutarchus Mor. p. 520 B. ὥσπερ ἡ πόλις, ἣν ἐκ τῶν κακίστων, καὶ ἀναγωγοτάτων κτίσας ὁ Φίλιππος Πονηρόπολιν προσηγόρευσεν. Dein vix mihi persuadeo urbem a nefariis hominibus nomen habentem, regem postea de se ipsum appellasse; nam parum magnifice urbi perditorum hominum colluvie repletae, regis nomen inditur. Ptolemaeus aliud iterum nomen adiecit: Φιλιππούπολις ἡ καὶ Τριμόντιον καὶ Ἀδριανούπολις. At eadem de Cabyle et Binc perhibentur. Illam χωρίον τῆς Θρᾴκης vocat Harpocratio ex Theop. l. XLVII Philipp. et Anaximenis l. VIII, qui eam dixit ἱδρύσασθαι πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ κατὰ μέσον τῆς Θρᾴκης; consentit Demosthenes Phil. IV. p. 78, qui eam collocat mediam inter Δρογγίλον et Μάστειραν. Strabo VII. p. 494. ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη, Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. Ubi tamen omnino legendum

Κα-

Καβύλη; illud immerito probante Casaubono; nam Stephanus· *Καβύλη, πόλις Θράκης, οὐ πόῤῥω τῆς τῶν Ἀστῶν χώρας*· unde Καβυληνός: ex quo corrigendum etiam Plinii IV. 11. *Carbyletae*. Ergo putandum prius Καβύλην, postea, colonia a Philippo deducta, Πονηρόπολιν appellatam esse; quamquam postea etiam illo nomine aliquoties occurrit. Cf. Hemsterhusii Anecd. Pars I. p. 246. n°. De Bine Etymol. M. h. v. Βίνη, *πόλις· μέμνηται ταύτης* Ἡρόθεος (nomen mihi quidem incognitum; corruptum fortasse ex nomine Herodoti illius *ἱστοριογράφου*, cuius meminit Suidas v. Μένανδρος) *καί φησιν ὀνομασθεῖσαν ὑπὸ Φιλίππου, οἰκισθεῖσαν ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ συνοικισθέντων μοιχῶν*. Fortasse igitur aut plures fuere urbes Poneropolis dictae, una Eumolpis, Philippopolis, Poneropolis, mox Trimontium et Adrianopolis appellata, alia Cabyle et Poneropolis, tertia Bine et Poneropolis dicta, aut, quod potius crediderim, omnia haec eiusdem oppidi nomina fuerunt. Non tamen cum hac Philippopoli confundenda eiusdem nominis urbs Thessaliae, quae antea Θῆβαι appellata memoratur a Polybio V. p. 438. *γενόμενος δὲ κύριος τῶν Θηβῶν, τοὺς μὲν ὑπάρχοντας οἰκήτορας ἐξηνδραποδίσατο· Μακεδόνας δ' εἰσοικίσας, Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θηβῶν κατωνόμασεν*, quem secutus est Diodorus Ecl. XXVI. 7. Ex utroque loco corrigendus est Stephanus v. *Φίλιπποι· ἐκλήθησαν Φίλιπποι καὶ αἱ Θῆβαι Θεσσαλίας* lege *Φιλιππούπολις* aut *Φιλιππόπολις*. Nam *Φίλιπποι* duae aliae fuerunt, item a Philippo nomen habentes, earumque altera *Δάτον* altera Κρηνίδες antea dicta. Vid. ad libr. III. Phil. Caeterum, quod hanc rem accuratius paulo pervestigarim, caussa fuit Vir. Cl. Geelius, qui ad urbem hanc diversis nominibus insignitam attendere comiter me admonuit.

Fr. 123. Strabo XIII. p. 908 a Stephano citatus, iisdem fere verbis usus est, nisi quod pro *εἶτα κραθεὶς*

θεὶς κ. τ. λ. habeat: ἡ προσλαβοῦσα χαλκὸν τὸ καλούμενον γίνεται κρᾶμα, ὅ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι. In quo τὸ καλούμενον ὅ τινες καλοῦσι merito offendit Casaubonum. Mihi magis placent verba Stephani, nisi τὸ καλούμενον Strabonis tollatur. Uterque tamen eorum ex Theopompo promsisse videtur. Fuit autem Andira Lelegum urbs, in qua ἱερόν ἐστι μητρὸς θεῶν Ἀνδειρηνῆς ἅγιον, ut refert Strabo ibid. p. 913.

Caeterum hoc loco non praetereundum est quod scripsit Heerenius de font. et auct. Iust. (N. Comm. Gott. XV, p. 219); qui Aspasiae, Cyri minoris pellicis, turbarumque propter eam in aula Persica exortarum historiam a Plutarcho Artax. c. 26 sq. et Iustino X. 2. ita tradi intelligens, ut communem fontem animadverteret, coniecit utrumque e Theopompo hausisse. Cui probabili sententiae calculum adiicio. Nam Ctesiae, quem in caeteris Persarum rebus uterque eorum in primis sequitur, Περσικῶν ἱστορία in Olymp. XCV. 3. substitit, Diod. XIV. 46, atque adeo haec tempora non attigit. Quodsi tamen statuat Heerenius Theopompum libro XIV hanc historiam narrasse, eo argumento, quod eodem libro de luxuria Persarum egit; vereor ut ei assentiri possim, si quidem eo loco non de Mnemone sed de Ocho exposuisse videtur Theopompus; ut postea docebo. Hunc vero locum potius sive ad hunc, sive ad praecedentem librum retulerim, in quorum utroque de Mnemone agitur. Verum neutrius verba, ut germana, in textum recipere ausus sum.

LIBER XIV.

Fr. 124. Quod tradit Theopompus moris fuisse, ut regi Persarum a subditis civitatibus lauta magnificaque coena apponeretur, idque iam antiquitus tributi in modum imperatum esse, confirmatur ab Herodoto, quo auctore VII. 118. Graecae civitates in

Asia minore, Xerxe cum exercitu transeunte et coena ab iis excepto, ad extremam calamitatem redactae sunt, adeo, ut incolae profugi exsularent. Nam exemplo fuisse Thasios, quibus, quandoquidem in suae ditionis continente urbes habebant, Xerxis exercitu excepto, Antipater, vir inter cives probatus et ad coenae procurationem electus, quadringenta talenta ad coenam consumta demonstravit. Eandemque expensi rationem dederunt qui in caeteris urbibus ad id designati erant. Id etiam satis intelliget, qui descriptionem eiusmodi coenae legerit apud Herodotum ibid. c. 119 et ex Heraclidis Cumaei libro secundo *τῶν ἐπιγραφομένων προπαρασκευαστικῶν*, sive eorum, quae viam muniunt ad historiam Persicam, apud Athenaeum ibid., noverit, quam opulenta quotidie coena Regi apponi soleret. Huc facit quod Herodotus IX. 82. de Pausania narrat, qui Persarum *ἀφροσύνην* comparans cum Spartanorum *περὶ τὴν γαστέρα ἐγκρατεἰᾳ καὶ σωφροσύνῃ*, apparatis mensis Persica et Laconica, eas Graecis ducibus ostendit, et *ἄνδρες Ἕλληνες*, inquit, *τῶνδε εἵνεκα ἐγὼ ὑμέας συνήγαγον, βουλόμενος ὑμῖν τοῦδε τοῦ Μήδων ἡγεμόνος τὴν ἀφροσύνην δεῖξαι, ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω οἰζυρὴν ἔχοντας ἀπαιρησόμενος.* Quamquam iste postea ad Persarum luxuriam facile sese accommodavit. Caeterum illud officium Regi coenae apparandae merito dicatur *φόρος*, a subditis utcunque molestus pendendus, ab ipsisque Persis sic habebatur; quodsi exigeretur, aeque valuit ac *τὸ αἰτεῖν γῆν καὶ ὕδωρ*, cum qua formula usitatissima aliquoties coniungitur. Sic, cum Sardes venisset, Xerxes praecones in Graeciam misit *αἰτήσοντας γῆν τε καὶ ὕδωρ, καὶ προερέοντας δεῖπνα βασιλέϊ παρασκευάζειν.* Herod. VII. 32.

Fr. 125. Fragmentum hocce apud Longinum ad Artaxerxis Ochi expeditionem contra Aegyptio , Phoeni-

nices et Cyprios Olymp. CVII. 2. susceptam potius retulerim, quam sive ad Cambysen Amasi bellum illaturum, quae sententia est Pearcii et Toupii ad h. l. et Schweighäuseri ad Athen. II. p. 67, sive ad Xerxem Aegyptum invasurum, ut coniecit Casaubonus Animadv. in Athen. II. 26. Nam ut neutra sententia quidquam habet, quo sese probabiliter tueatur, sic nostrae non parum praesidii paratur, si, quae hoc et sequentibus libris a Theopompo narrantur, ad historiam apud Diodorum exigantur. Belli apparatum verbose a Theopompo expositam strictius enarrat Diodorus XVI. 40. *διόπερ ὅπλων καὶ βελῶν καὶ σίτου καὶ δυνάμεων μεγάλας παρασκευὰς ποιησάμενος, ἤθροισε πεζῶν μὲν τριάκοντα μυριάδας, ἱππέων δὲ τρεῖς, τριήρεις δε τριακοσίας, φορτηγοὺς δὲ καὶ τὰς ἄλλας τὰς τὴν ἀγορὰν κομιζούσας πεντακοσίας.* Fortasse Theopompus hoc loco, *ὡς ἐν παρεκβάσει*, de magnificis coenis, quae a subditis regi apponebantur, superiori fragmento memoratis, retulit. Initium belli in Phoenicia erupit. Caussas exposuit Diodorus, Theopompum, ut videtur, secutus. In hoc autem bello narrando Theopompus libro XV. opportune incidit in Stratonis Sidoniorum regis mentionem, quippe cuius maximae harum rerum erant partes. Nam vix dubito quin idem sit ac Tennes, de quo Diodorus; atque eadem occasione de eius opulentia et luxu latius disseruit. Eodem autem tempore bellum in Cypro exarsit, teste Diodoro. c. 42. *ἐν γὰρ τῇ νήσῳ ταύτῃ πόλεις ἦσαν ἀξιόλογοι μὲν ἐννέα, ὑπὸ δὲ ταύτας ὑπῆρχε τετάγμενα μικρὰ πολίσματα, τὰ προσκυροῦντα ταῖς ἐννέα πόλεσιν· ἑκάστη δὲ τούτων εἶχε βασιλέα, τῆς μὲν πόλεως ἄρχοντα, τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ὑποτετάγμενον· οὗτοι πάντες συμφρονήσαντες καὶ μιμησάμενοι τοὺς Φοίνικας ἀπέστησαν, καὶ παρασκευασάμενοι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, αὐτοκράτορας τὰς ἰδίας βασιλείας ἐποίησαν.* Videtur Theopompus libro

XV hanc rem latius exposuisse, adeo quidem ut de unaquaque harum civitatum egerit; siquidem Stephanus ex eo libro nomina urbium Dioniae et Cressii excitavit, Diodorus vero hunc locum excerpsisse. Bellum denique adversus Aegyptios rebelles Theopompum enarrasse libro decimo octavo, inde intelligimus, quod ibi de Nicostrato egit, opportune omnino. Nam Ochus, qui Aegypto subigenda operae pretium facturus sibi videbatur, ad maximas Graeciae civitates legatos miserat, qui auxilium peterent, tum ad Argivos se applicuerat, et Nicostratum ducem militum mercenariorum nominatim expetiverat, Diod. c. 44; qua occasione oblata, huius mores et vivendi ratio in aula Persarum acerbe notantur. Quodsi igitur ad harum rerum seriem, quatenus certe ex fragmentis quaedam connecti possit, attendatur, haud immerito mihi statuere videor, Theopompum libris XIV et sequentibus de Artaxerxis Ochi bello adversus rebelles exposuisse, rebus Graecorum id temporis gestis interpositis, eodem modo quo fecit Diodorus, quem in iisdem rebus Theopompum maximam partem secutum esse crediderim; dein, ad eandem historiam fragmentum apud Longinum spectare, tum ob indicatas rationes, tum, quod in Philippicis nulla res obvia est, ad quam commodius referatur. Nam Cambysis aut Xerxis in Aegyptum expeditionis ne levissimum quidem vestigium in Philippicis occurrit; ac de Epitome Herodoti cogitasse Toupium et Pearcium eo magis miror, quo longius ratio huius fragmenti, in quo minutissima quaevis memorantur, ab Epitomes natura abhorret. Postremo animadvertendum est hanc Ochi expeditionem occasionem praebuisse Theopompo videri, ut libris XII et XIII tum de Mnemonis expeditionibus in Cyprum et Aegyptum susceptis, harumque regionum rebus latius dissereret, tum com-

mercii et necessitudinis, quae inter has gentes et Graecos intercessisset, antiquam memoriam repeteret.

In hoc fragmento verba πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων — χρησίμων ex Theopompo item excitavit Athenaeus II. p. 67, ubi tamen Editi ἀρτύματος. MSS. ἀρτύματα perperam habent; ibid. pro θύλακοι MSS. θύλακες, quod a sing. θύλαξ magis vulgari θύλακοι praetulit Ruhnkenius. Vid. Schweigh. ad h. l. Pro θύλακοι καὶ σάκκοι καὶ χάρται βιβλίων, Athenaeus σάκκοι καὶ θύλακοι βιβλίων. Ad quod quum omnes offendissent Interpretes, Pearcius legere volebat: καὶ σάκκοι χάρτων καὶ βιβλίων, Toupius pro βιβλίων, probabili sensu βολβῶν, probante Schweighäusero. Nihil mutandum censeo et χάρται βιβλίων intelligo: *coria pergamena*, quae *alias* ad libros *destinata*, *nunc sive ad haec*, *sive ad alia negotia adhiberentur*; inepto fortasse alias sensu, huic vero loco ineptiarum pleno aptissimo; quo etiam nomine hoc fragmentum adducitur a Longino, qui Theopompi ex sublimioribus ad humiliora descensum reprehendit, cum eum oportuisset ποιήσασθαι τὴν αὔξησιν ἔμπαλιν, non vero in subliminibus descendere ad sordida verba et inquinata, nisi aliqua coactum necessitate.

LIBER XV.

Fr. 126. Fuit quidem Strato, Gerostrati filius, Sidoniorum rex, ab Alexandro magno regno excitus, Abdalonimo in eiusdem locum suffecto, ut apparet e Curtio IV. 1. et Iustino XI. 10; qua de re item intelligendus videtur Diodorus XVII. 46, quamquam is Abdalonimum Curtii et Iustini, Βαλλώνυμον vocat, eumque Tyri regem constitutum facit. Vide tamen Wessel. ad Diod. l. c. Postea in regno restitutus est. Nam idem esse videtur, de quo Iustinus XVIII. 4, cuius post mortem, eodem auctore, regnum ad pos-

teros transiit, cum Alexander, Sidone expugnata, omnibusque caeteris cruci affixis, genus tantum Stratonis inviolatum servarit, regnumque stirpi eius restituerit. Ab eo diversus fuit is, cuius meminit Hieronymus Lib. I. adversus Iovianum, citatus a Kühnio ad Aelian. VII. 2. *Strato*, inquit, *regulus Sidonis manu propria se volens confodere, ne imminentibus Persis ludibrio foret, quorum foedus Aegyptii regis societate neglexerat, retrahebatur formidine, et gladium, quem arripuerat, circumspectans, hostium pavidus exspectabat adventum. Quem iamiamque capiendum uxor intelligens, extorsit acinacem de manu et latus eius transverberavit, compositoque ex more cadaveri se moriens superiecit, ne post virginalia foedera alterius coïtum sustineret.* Itaque, cum ex hoc loco constet Stratonem cum Persis bellum gessisse, sequitur eum altero huius nominis fuisse superiorem. Nec dubito, quin idem sit atque ille Sidoniorum rex, quem Tennen vocat Diodorus XVI. 46, ut iam pridem vidit Perizonius ad Aelian. VII. 2. Nam sic eius aetas consentit cum Nicoclis, quocum luxurie contendit, et cum Regis Ochi, qui bellum adversus cum suscepit. Adversatur tamen Wesselingius ad Diod. l. l.; quamquam e dispari mortis genere Stratonis apud Hieronymum, et Tennae apud Diodorum haud scio an non rite argumentum ducatur, siquidem huiusmodi discordiae inter scriptores non adeo sunt rarae, inque hac ipsa, de qua agimus, re scriptores maxime dissentiunt, ut infra apparebit. Eadem difficultas est in Nicocle, cuius item nominis duo fuerunt. Alter Euagorae successit, de quo Isocrates et Diodorus XV. 47, idemque esse videtur, quem Theopompus l. XII. Nicocreontem vocat. Alter, quod clam amicitiam cum Antigono inierat, iubente Ptolemaeo, sibimet ipse mortem intulit, quo facto, cun-

cuncta regia familia voluntaria morte periit. Diod. XX. 21. Hunc autem Nicoclem Ptolemaeus antea ducem Cypro praeposuerat. Nam Nicocreon, de quo hoc narrat Diodorus XIX. 79. non alius est ac Nicocles, quae nomina perpetuo permutantur. Vid. supra ad lib. XII. p. 179. Ut autem Nicocles filius Euagorae aequalis fuit superioris Stratonis, sic posterior Nicocles Stratonis iunioris. Hinc opinatur Simsonius in Chron. ad ann. 3695, posteriorem tum Stratonem tum Nicoclem prodigos illos fuisse, quos designarunt et Athenaeus et Aelianus, qui eandem rem, etsi brevius, retulit. Cui sententiae non parum adiumenti accedit, quod Nicocles posterior violenta morte interiit, quod de suo item referunt Athenaeus et Aelianus. Vossius etiam de Hist. Gr. p. 76. Nicoclem posteriorem intellexit, quamquam filium Euagorae eum facit. Simsonio tamen non assentitur Perizonius, neque nos ei accedimus. Nam cum Theopompi Philippicae, ultra Philippi aetatem non processerint, non multum saltem, vix potuit hic scriptor, ne in ultima quidem historiarum parte, nedum in libro quinto decimo Nicoclem memorare, qui post Alexandrum demum floruit. Itaque Nicoclem h. l. non alium intelligo quam Euagorae filium, cuius opulentiam ex Isocrate etiam novimus, Stratonem autem eum, qui Artaxerxis Ochi tempore regnum Sidoniorum tenuit. — Hunc igitur Stratonem omnes homines voluptate et luxu superare scripsit Theopompus, cumque comparavit cum Phacacibus, quos finxit Homerus, quorum Rex Alcinous *ὁ θεοείκελος* profitetur:

αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε, χοροί τε,
εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θέρμα καὶ εὐναί.

Odyss. VIII. 248 seq. Unde eorum vivendi mos in proverbium abiit, ut *τὸ Φαιακικῶς ζῆν* de voluptario vivendi genere usurparetur, vid. H. Iunii adagia; et huic vitae mori dediti:

 Sponsi

Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique,
In cute curanda plus aequo operata iuventus:
Cui pulcrum fuit in medios dormire dies et
Ad strepitum citharae cessatum ducere curam,
dicerentur ab Horatio Ep. I. 2. v. 28.

Quin etiam hos superavit Straton, qui, non ut ii, cum domesticis, sed cum scortis ex cuncta Graecia arcessitis convivebat. Quod aliter paulo sic indicat Aelianus: *τούτῳ γε μὴν οὐχ εἷς παρῆν ᾠδὸς, κατᾴδων αὐτοῦ τὸ δεῖπνον καὶ καταθέλγων αὐτόν· ἀλλὰ πολλαὶ μὲν παρῆσαν γυναικῶν μουσουργοὶ, καὶ αὐλητρίδες, καὶ ἑταῖραι κάλλει διαπρέπουσαι καὶ ὀρχηστρίδες.* Respicit ad Homerum, apud quem Phaeacibus unus tantum erat cantor Demodocus Od. VIII. v. 254.

Δημοδόκῳ δέ τις αἶψα κίων Φόρμιγγα λιγεῖαν
Οἰσέτω, ἥ που κεῖται ἐν ἡμετέροισι δόμοισιν

et paulo post:

Κῆρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθε Φέρων Φόρμιγγα λιγεῖαν
Δημοδόκῳ· ὁ δ' ἔπειτα κί' ἐς μέσον.

De formula *παρακινεῖν πρὸς τὰς ἡδονὰς*, qua utitur Theopompus, vid. Casaub. et Schweigh. ad Athen. h. l. In sequentibus *καὶ μετεπέμπετο πολλὰς μὲν ἑταίρας ἐκ Πελοποννήσου . . . . ἑταίρας καὶ παιδίσκας κ. τ. λ.* ut habet Ed. Casaub. offendit *ἑταίρας* hoc posterius, quod et cum *παιδίσκας* coniunctim positum *ταυτολογίαν* efficit. Recepi *ἑτέρας*, quod tenent Cod. MS. A. et Ed. Venet. apud Schweigh. quodque in *ἑταίρας* facile abire potuit, oculis librarii ad praecedens aberrantibus. Litteras etiam *αι* et *ε* in universum atque *ἑταῖρος* et *ἕτερος* saepe invicem confundi, dudum monuerunt viri docti. Vid. Sturzium ad Canter. de rat. emend. Gr. auct. p. 184. De mortis genere Nicoclis et Stratonis non sibi omnes assentiuntur. Polyaenus VIII. illum laqueo interiisse testatur; eum tamen iuniorem Nicoclem intellexisse opinor. Alia Diodorus, eaque di-

ver-

versa ab iis, quae Hieronymus memoriae prodidit. Maximus Tyrius Diss. IV. Stratonem ad paupertatem redactum, Nicoclem vero in vincula coniectum esse, testatur. Huc facit quod Codd. Sleuskianus et Mediceus Aeliani *ἀμφότεροι* omittunt. Anaximenes tamen Lampsacenus, qui teste Athenaeo eandem historiam in litteras retulit, in *τῶν βασιλέων μεταλλαγαῖς*, ut Theopompus, scripsit: *ἀποθανεῖν ἀμφοτέρους βιαίως*.

Fr. 129 *ὅγε καὶ βασ.*, quod in margine scripsit Casaub., etsi nulla Codicum auctoritate firmatum, recepi pro vulgari *ὅθεν*, quod nullius est pretii. *Ὁ δὴ*, quod a Corayo propositum Schweighaeusero placet, non spernendum. — Pertinet fortasse hoc fragmentum ad antiquissimam historiam Lydorum, sive potius Maeonum, sic enim olim vocabantur. Herod. VII. 74. Diod. IV. 31. Nam, quod tradit Theopompus, eos in tyrannidem incidisse, id evenit auctore Omphale. Rem sic enarrat Clearchus libro quarto *περὶ βίων* apud Athenaeum XI. p. 515. *Λυδοὶ διὰ τρυφὴν παραδείσους κατασκευασάμενοι, καὶ κηπαίους αὐτοὺς ποιήσαντες ἐσκιατροφοῦντο, τρυφερώτερον ἡγησάμενοι τὸ μηδ' αὐτοῖς ὅλως ἐπιπίπτειν τὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς· καὶ τέλος πόῤῥω προαγαγόντες ὑβρέως τὰς τῶν ἄλλων γυναῖκας καὶ παρθένους, εἰς τὸν τόπον τὸν διὰ τὴν πρᾶξιν Ἀγνεῶνα κληθέντα συνάγοντες ὕβριζον. Καὶ τέλος τὰς ψυχὰς ἀποθηλυνθέντες ἠλλάξαντο τὸν τῶν γυναικῶν βίον· διόπερ καὶ γυναῖκα τύραννον ὁ βίος εὕρετο αὐτοῖς, μίαν τῶν ὑβρισθεισῶν, Ὀμφαλὴν, ἥ τις πρώτη κατῆρξε μὲν τῆς εἰς Λυδοὺς πρεπούσης τιμωρίας· τὸ γὰρ ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι ὑβριζομένους, σημεῖόν ἐστι βίας· οὖσα οὖν καὶ αὐτὴ ἀκόλαστος καὶ ἀμυνομένη τὰς γενομένας αὐτῇ πρότερον ὕβρεις, τοῖς ἐν τῇ πόλει δούλοις τὰς τῶν δεσποτῶν παρθένους ἐξέδωκεν κ. τ. λ.* Ad luxum et delicias Lydorum respiciens cecinit Iön in Omphale apud Athen. XV. p. 690. ex emendatione Canteri, a Casaubono et Schweighaeusero probata:

 βάκ-

βάκκαρις δὲ καὶ μύρα
καὶ Σαρδιανὸν κόσμον εἰδέναι χροὸς
ἄμεινον, ἢ τὸν Πέλοπος ἐν νήσῳ τόπον.

Postea tamen a mollitie abstinuisse videntur. Croeso certe rege Lydi nulli Asiae genti virtute et strenuitate erant secundi, teste Herodoto I. 79. Cum vero deinceps rebellassent, iterumque a Persis victi essent, armis et equis iis ademtis, jussique citharam pulsare, fidibus canere, cauponas exercere idque genus plura, ipso Croeso suadente, viri hi postremo foeminae facti in luxuriam collapsi, in pristinam luxuriam reciderunt. Herod. I. 155. Iustin. I. 7. Ad antiquam virtutem Lydorum postea in servitutem redactorum respexisse videtur Socrates, dum dicebat: Λυδοὺς ἐργαστικωτέρους, δουλεύειν δέ. Vid. Aelian. X. 14.

Fr. 150. Intelligitur Antiphon. Idem refert Lysias Orat. pro filia Antiph. apud Plut. ibid. Alii, eodem teste, alia de eius obitu memorarunt; confunduntur enim Antiphon Rhamnusius et Antiphon Lysidonidis filius, hoc loco. ut videtur, putandus. At haec explicare nunc amplius non attinet post Ruhnkenii admonitiones in dissertatione de Antiphonte.

Fr. 151. Cf. Suidas h. v. Cercidae Megalopolitae poetae meminit Athenaeus VIII. p. 347 E, eiusque iambos adduxit XII extr. Bonas litteras in universum coluit, ut intelligitur ex Aeliano V. H. XIII. 20, tum poëtarum fuit studiosus, quorum Homerum in primis adamavit, adeo quidem ut eius Iliados duos primos libros secum sepeliri iusserit, ut testatur Ptolemaeus Hephaestio l. V. Hist. apud Photium Bibl. Cod. CXC. p. 250. Eodem studio ductus legem tulit Arcadibus, ut discipuli in scholis Homeri navium Catalogum memoriter recitarent. Eustath. in Hom. Il. p. 199, ubi Vossius ad Aelianum l. c. hunc locum citans pro Κερδίας recte monuit legendum Κερκιδᾶς. Haec enim

enim omnia de eodem Cercida, de quo Theopompus, intelligenda putem. Cercidam hunc inter Arcades, qui Philippo favebant, cum Hieronymo, de quo Theop. l. LI. et Emolpida etiam recenset Demosthenes pro Cor. p. 188, quem locum innuisse videtur Harpocratio h. l. Ad hos potissimum itaque pertinent haec Demosthenis de fals. legat. p. 256 sq. Καὶ νῦν Ἀρκάδων πολλοὶ — Φίλιππον θαυμάζουσι, καὶ χαλκοῦν ἱστᾶσι καὶ στεφανοῦσι· καὶ τὸ τελευταῖον, ἂν εἰς Πελοπόννησον ἴῃ, δέχεσθαι ταῖς πόλεσιν εἰσὶν ἐψηφισμένοι. Fecerunt autem hoc odio praesertim Lacedaemoniorum; quod indicat Pausanias VIII. 27. Φίλιππον δὲ τὸν Ἀμύντου καὶ Μακεδόνων τὴν ἀρχὴν οὐχ ἥκιστα αὐξηθῆναι τὸ ἔχθος τὸ Ἀρκάδων ἐς Λακεδαιμονίους ἐποίησε. Nam Arcades ipsi per sese non magis ac caeteri Macedonibus favebant. Quid, quod post pugnam ad Chaeroneam nec Philippo ἡγεμονίαν concedere neque Alexandro parere volebant, teste Diodoro XVII. 3. ubi vid. Wessel. et Valcken. Or. de Phil. Maced. n. 63.

Fr. 132. Cf. Thucyd. III. 34. Livius XXXVII. 26.

LIBER XVI.

Fr. 133. Perplacuit h. l. coniectura Casauboni pro ἰδίωμα scribendum suadentis ἀξίωμα, quod in illud facile potuit corrumpi. Ut dixisse intelligatur Theopompus, Hegesilochum ob vitae luxuriam omni prorsus dignitate et honore caruisse. Sin vero ἰδίωμα eadem hac significatione veniat, ut vult Corayus, non multum habebit vulgaris lectio quo offendat. Sic Corayus: « Graecis recentioribus ἰδίωμα idem valet quod « antiquis τὸ σεμνόν, *moderata gravitas*, quam qui « non habet, is non est σεβάσμιος, i. e. dignus, quem « alii venerentur; quod accidit Hegesilocho apud « Rhodios. En exemplum huiusce significationis prom- « tum

« tum ex poëmate Erotico, cui titulus Ἐρωτόκριτος ed.
« Venet. 179?. p. 92.

« Πεζοί με ζαλὰ μετρητὰ, καὶ διῶμα (poet. pro ἰδίωμα)
ἐπορπατοῦσαν.

« Qui versus sonat: *Pedestres pedetentim et cum*
« *gravitate incedebant.* Unde et ἰδιωματάρης non mo-
« do, qui *moderate gravis* est, sed, (ut et anti-
« quorum σεμνὸς) qui *tumidus et fastuosus.* Idem
« auctor. p. 97..

Στῆς κεφαλῆς τὴν ζωγραφιὰν τοῦ νοῦ τοῦ διωματάρη."

Hegesilochum unum fuisse crediderim magistratuum, quos Lysander, res civitatum instaurare iussus, passim instituerat. Diod. Sic. XIV. 3. Horum enim plerique perditi generis homines fuere. Postea vero Rhodii praevae horum administrationis pertaesi, Lacedaemoniorum societatem deseruerunt, et Conone recepto, ad Athenienses se applicuerunt. Idem XIV. 79.

LIBER XVII.

Fr. 134. Notum est Thessalos, Perrhaebis et Magnetis bello devictis, eorum sedes occupasse, eosque servituti subiecisse. Hinc Ammonio πενεστὴς apud Thessalos dicitur, ὁ κατὰ πόλεμον χειρωθείς. Sic enim ibi legendum videtur. Vid. Valcken. ad h. l. Πενεσταὶ, ut docet Pollux Onom. III. 8, sunt ἐλευθέρων ὀνόματα διὰ πενίαν ἐπ' ἀργυρῷ δουλευόντων. Vocabantur etiam Θετταλοικέται, docente Staphylo, qui fusius de iis disseruit, ut testatur Harpocratio in voce. Similis Helotum fuit ratio; quo nomine proprie captivi apud Lacedaemonios vocabantur, unde postea ad omnes caeteros nomen propagatum est. Etymol. M. Εἵλωτες, οἱ μὴ γνήσιοι δοῦλοι Λακεδαιμονίων, ἀλλὰ πρῶτον χειρωθέντες. Ephorus apud Strabon. VIII. p. 561. docet: τοὺς δ' Ἑλείους, τοὺς ἔχοντας τὸ Ἕλος, ποιησαμένους ἀπόστασιν κατὰ κράτος ἁλῶναι πολέμῳ καὶ κριθῆναι δούλους ἐπὶ τα-

φακτοῖς τισιν, ὥστε τὸν ἔχοντα μηθ' ἐλευθεροῦν ἐξεῖναι, μήτε πωλεῖν ἔξω τῶν ὅρων τούτους. Tum ipse Strabo: σχεδὸν δέ τι, καὶ τὴν εἱλωτείαν τὴν ὕστερον συμμείνασαν μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας, οἱ περὶ Ἆγιν εἰσὶν οἱ καταδείξαντες· τρόπον γάρ τινα δημοσίους δούλους εἶχον οἱ Λακεδαιμόνιοι τούτους, κατοικίας τινὰς αὐτοῖς ἀποδείξαντες καὶ λειτουργίας ἰδίας. Theopompus igitur, ad cuius verba etiam provocat Scholiastes Theocriti Eid. XVI. 35, hoc voluit. Cum Thessalos Lacedaemoniosque omnium Graecorum primos servis usos esse; (nam antiquitus nusquam in Graecia servi fuere, ut testatur Herodotus VI. 137); non quidem emtis, sed, quos in bello cepissent; tum post hos Chios, qui tamen servos pretio emtos habuerunt, in ea re patrium Graecorum morem relinquentes. Vid. Timaeum apud Athenaeum VI. p. 264 C. Ut igitur inter utrorumque servitutem magnum esset discrimen, si quidem Chiorum servi tales omnino et erant et habebantur, cum Penestae et Helotes essent μεταξὺ δούλων καὶ ἐλευθέρων, teste Polluce l. c. Cf. auctores, quos citavi in dissert. de Patronatu et Client. Rom. p. 7. n°. 18. Postea vero Chii a suis ipsi servis debellati sunt, ut narrat Nymphodorus Syracusanus apud Athenaeum h. l.

LIBER XVIII.

Fr. 135. Hunc Nicostratum rex Artaxerxes Ochus Aegyptum subacturus, auxiliorum ab Argivis missorum ducem expetiverat, ut iam supra monui ex Diodoro XVI. 44, a quo dicitur ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πρᾶξαι καὶ βουλεύσασθαι, μεμιγμένην ἔχων τῇ φρονήσει μανίαν· τῇ γὰρ τοῦ σώματος ῥώμῃ διαφέρων ἐμιμεῖτο τὸν Ἡρακλέα κατὰ τὰς στρατείας καὶ λεοντῆν ἐφόρει καὶ ῥόπαλον ἐν ταῖς μάχαις. Collega ei additus erat Aristazanus Persa. Id. ibid. c. 47. De singulis vid. Schweigh. ad h. l.

LIBER XIX.

Fr. 136. Sic libri numerus recte se habet. Nam, quod Cod. Epitomes exhibet ἐν τῇ θ', id ex ἐν τῇ ιθ' corruptum, ut iam animadverterunt Casaubonus et Schweighaeuserus. Quorum ille merito reprehendit versionem Dalecampii, Theopompi verba ἄνω κάτω turbantis, hoc modo: *Theopompus auctor est ab Agathocle, qui et ipse aliquando servierat in eorum numero, quos Thessali Penestas vocant, Philippum ob assentationem, magnae apud ipsum auctoritatis, quod in conviviis illi familiaris saltaret, ac risum moveret, contra Perrhaebos missum fuisse.* Non enim Philippus ab Agathocle missus est contra Perrhaebos, sed hic ab illo; neque Philippum ob assentationem, ob saltus et risus, magnae apud Agathoclem auctoritatis fuisse, Theopompi verba indicant, sed hunc apud illum. Similia Thrasydaeo, alii assentatori evenerunt, narrante Theopompo l. XLIV. Phil.

LIBER XX.

Fr. 137. Eadem ex Theopompo retulerunt Aelianus V. H. V. 27. et XI. 40. Stephanus v. Βισάλτια et A. Gellius N. A. XVI. 15, ad quem locum interpres, si Athenaei testimonii memor fuisset, non coniecisset Theopompum haec in Θαυμασίοις scripsisse. Rem, praeter Theopompum, memorarunt Aristoteles Mirab. Ausc. Φασὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Κραστονίᾳ [Γρηστωνίᾳ?] παρὰ τὴν Βισαλτῶν χώραν τοὺς ἁλισκομένους λαγωοὺς δύο ἥπατα ἔχειν, et Phavorinus apud Stephanum h. v.

Fr. 139. Etsi multa veterum scriptorum loca non tam fragmenta, quam levissima indicia contineant, ea tamen non semper negligenda censui, praesertim si ex iis appareat, momenti quid a Theopompo in loco deperdito relatum esse, ut h. l., quem adeo, si fieri pos-

posset, alio quodam superstite fragmento, redimere vellem. Nam, cum, quod de bello et iniuriis legatis Chalcidensium narrarit Philippus apud Theopompum, inter exempla excitat Theo, quae e veteribus scriptis collecta discipuli ad imitandum proponerentur, fieri non potest quin egregia multa, de hoc loco auguremur.

LIBER XXI.

Fr. 140. In hoc libro ita retulisse Theopompum certum est e Scholiaste Apollonii Rh. IV. vs. 308. *ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Ἰονίου τὸ γένος Ἰλλυριοῦ, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ.* Veruntamen Ionii maris nominis originem alii aliam quaesiverunt. Notissima sunt Promethei ad Ionem verba apud Aeschylum Prom. v. 838.

χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς
σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κληθήσεται
τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

Lycophron. v. 631.

Ὅσοι παρ' Ἰοῦς χρονῶν οἰκοῦνται πέδον.

Archidamus contra apud Schol. Pindari Pyth. III. 120. nomen *ἀπὸ τῶν ἀπολλυμένων ἐν αὐτῷ Ἰαόνων* derivat. Eustathius vero ab Ione, homine Italo, vel ab Ionio Illyrio. Cf. Casaub. ad Strabon. h. l. Cum Theopompus a duce quodam nomen repetat. Quamquam Strabonis locus corruptus videbatur Casaubono; *nam*, inquit, *si recte τόπων legitur; quomodo ferri poterit quod sequitur ἐξ ὧν τὸ γένος? Augent suspicionem veteres Codd.*, *in quibus est ἐξ ἴσης* pro *ἐξ ὧν.* — Primum conieceram pro *τόπων* legendum *Ἰώνων*, postea vero: *ἡγησαμένου τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῶν τόπων ἐξ ὧν τὸ γένος.* Nunc tamen locum sanum puto, et licet, pressius expositum, optime posse explicari, si ad eum exigantur Schol. Pindari et Tzetzes eundem Theopompi lo-

locum excitantes. Ille igitur ad Pyth. III. v. 120. τὸ Ἰόνιον πέλαγος τὸ περὶ Σικελίαν τὸ ὄνομα ἔλαβεν, ὡς μὲν ἔνιοι ἀπὸ Ἰοῦς· Θεόπομπος δὲ ἀπὸ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλλυριοῦ. Tzetzes vero ad Lycoph. l. c. Ὁ Θεόπομπος καὶ ἄλλοι φασὶν (τὸν Ἰόνιον κληθῆναι) ἀπὸ Ἰονίου Ἰλλυριοῦ τὸ γένος, βασιλεύσαντος τοῦ τόπου. Itaque verba Strabonis ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς intellige: ἀπὸ τοῦ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλλυριοῦ; verba autem ἡγησαμένου τῶν τόπων, idem valent ac Tzetzae: βασιλεύσαντος τοῦ τόπου. Ut nolim haec verba ab alio illata existimare cum Mullero, quamquam in aliis codicibus non reperiantur; uti neque τὸ γένος, quod item agnovit Strabo, et, cum praecedenti Ἰλλυριοῦ iunctum, minime textum turbat. — Paulo post pro τὸν Ἀδρίαν δὲ ποταμοῦ Casaubonus legisset πόλεος, nisi veteres Codices obstitissent. Scio Adriae fluminis meminisse Hecataeum apud Stephanum h. v., Strabonem tamen πόλεος, nisi scripserit, certe voluisse aliunde constat V. p. 323. ubi τὴν δὲ Ἀδρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασὶν, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ κόλπῳ γενέσθαι τῷ Ἀδρίᾳ, μικρὰν μετάθεσιν λαβόν. Ac Theopompum non flumen sed urbem memorasse apparet e Tzetze l. c. ex Theopompo docente Ionium filium fuisse Ἀδρίου, τοῦ περὶ τοῦτο τὸ πέλαγος κτίσαντος πόλιν τὴν λεγομένην Ἀδρίαν. Theopompum secutus est Trogus, ut optime vidit Heerenius (de font. et auct. Iust. Comm. Gott. Tom. XV. p. 228), ex quo Iustinus: *Adria quoque Illyrici maris proxima, quae et Adriatico mari nomen dedit, Graeca urbs est.* Quamquam alii, eodem Tzetze monente, Dionysium maiorem urbis conditorem referunt; quos secutus est Etymol. M. v. Ἀδρίας τὸ πέλαγος. Διονύσιος Σικελίας τύραννος ὃς πρότερον ἐπὶ Ὀλυμπιάδι πόλιν ἔκτισεν Ἄδριαν ἐν τῷ Ἰονικῷ κόλπῳ, ἀφ' ἧς καὶ τὸ πέλαγος Ἀδρίας καλεῖται. Annus excidit, non tamen multo abfuit ab Ol. XCVIII, ut e Diodoro XV. 15. conficitur. Nam intelligendus est

est Etymologus de colonia deducta, non vero de urbe nova condita. Romani etiam de Adria loquentes, quae mari nomen dederit, non flumen sed urbem vocant. Livius V. 33. *Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere. Mari supero inferoque, quibus Italia insulae modo cingitur, quantum potuerint, nomina sunt argumento; quod alterum Tuscum communi vocabulo gentis, alterum Hadriaticum mare ab Hadria Tuscorum colonia, vocavere Italicae gentes.* Et Plinius H. N. III. 16. *Quae septem Maria appellantur nobili portu oppidi Tuscorum Atriae, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum.* — Quae hunc locum sequuntur de sinus Adriatici caussis naturalibus, in iis Theopompus Straboni minus satisfecit; in his autem pro postrema voce *ἐμβάλλειν*, quod exhibet Ed. Casaub., malim *ἐκβάλλειν*, ut habent Codd. MSS.

Fr. 141. Ladestae sive Ladesti insulae nomen frustra apud alios quaesivi. Liburnidum tamen insularum, quarum Ladesta una fuit, meminit Dionys. Perieg. v. 991.

ἑξείης δ' ἐπὶ νῆσοι Λιβυρνίδες ἐῤῥίζωνται.

Plinius H. N. III. 26. Liburnicas eas appellat. Quadraginta numero fuere, ut constat e Strabone VII. p. 434, quarum unius duntaxat nomen, Scardonem, novimus e Ptolemaeo. Nomen hanc habuisse ab urbe in opposita continentis ora, ut insulas universas a regione Liburnica, urbeve in ea sita, efficio ex Strabone l. c.

Fr. 143. Antigonus Carystius *ἱστορίαι παραδ.* c. ult. eandem Theopompi narrationem ita exhibuit: Τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἀδρίαν ἐνοικοῦντας Ἐνετοὺς, Θεόπομπον φάσκειν, κατὰ τὸν σπόρου καιρὸν τοῖς κολοιοῖς ἀποστέλλειν δῶρα· ταῦτα δ' εἶναι ψαιστὰ καὶ μάζας· προσθέντας δὲ τοὺς

 ταῦ-

ταῦτα κομίζοντας ἀποχωρεῖν· τῶν δὲ ὀρνέων τὸ μὲν πλῆθος ἐπὶ τοῖς ὁρίοις μένειν τῆς χώρας συνηθροισμένον· δύο δ' ἢ τρεῖς πρὸς πάντας [προσπτάντας Xylander melius], καὶ καταμαθόντας ἀφίπτασθαι πάλιν, καθάπερ εἴ τινας πρέσβεις ἢ κατασκόπους. Ἐὰν μὲν οὖν τὸ πλῆ *. Reliqua, quae desiderantur ex Aristotelis Mirab. ausc. c. 129. sic supplevit Bentleius: ἐὰν μὲν τὸ πλῆθος τῶν κολοιῶν γεύσωνται τῶν δώρων, οὐχ ὑπερβαίνουσιν ἐπὶ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ οἴδασιν οἱ Ἐνετοὶ, ὅτι ἔσονται ἐν εἰρήνῃ· ἐὰν δὲ μὴ γεύσωνται, ὡσεὶ πολεμίων ἔφοδον αὐτοῖς γινομένην οὕτω προσδοκῶσι.

Fr. 144. Memoratu dignum est Iustinum l. XX. Graecas urbes in Italia recensentem, verbo tantum, prorsus ut Theopompus fecit, Romam memoravisse. c. 5. *Sed Dionysium gerentem bellum, legati Gallorum, qui ante menses* [sex Scheffer.] *Romam incenderant, societatem amicitiamque petentes adeunt.* cf. VI. 6. Ut non dubitem, quin ita Theopompi exemplo egerit. Quoniam vero quas regiones et gentes Theopompus hoc libro memorat, Adriam, Umbros, Venetos, earundem mentio fit a Iustino, et hic in iis ipsis recensendis Romam a Gallis captam retulit, suspicor ad hunc librum pertinere fragmentum sive potius indicium Theopompi apud Plinium. Accedit, quod Iustinus haec retulit Dionysii in Italiam expeditionem enarrans, quae Theopompo item occasionem praebuisse videntur, ut de iisdem rebus ageret, siquidem hoc libro de Dionysio tyranno quaedam exposuit, ut constat ex fragm. 146. Caeterum totum hunc locum Pompeium a Theopompo mutuatum esse facile assentior Heerenio l. c. p. 228.

Fr. 145. Connarum descripsit Agathocles Cyzicenus apud Athenaeum XIV. p. 649 E. ἔστι δὲ τὸ δενδρίον τῷ μεγέθει μὲν πτελέης καὶ πεύκης οὐθέν τι μεῖον· ἀκρέμονας δ' ἔχει θαμέας καὶ δολιχοὺς, καὶ ἐπ' ὀλίγον ἀκανθώδεας·

δεας· τὸ δὲ φύλλον τέρεν καὶ χλωρὸν, τῇ φυῇ περιφερές· καρποφερεῖ δὲ δὶς τοῦ ἔτεος, ἦρος τε καὶ φθινοπώρου· γλυκὺς δὲ πανὺ ὁ καρπὸς, μέγεθος κατὰ φαυλίην καὶ ἐλαίην, καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸ ὀστέον ταύτῃ προσείκελον· διαλάσσει δὲ τῇ τοῦ χυμοῦ ἡδονῇ, καὶ τρώγεται ἔτι χλωρὸς ὁ καρπὸς, καὶ ἐπὴν αὐανθῇ ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ ἄλευρα, καὶ πατέονται ταῦτα οὐ μάξαντες, οὐδ᾽ ὕδατι δεύοντες, ἀλλὰ φαύλως ὁκοῖά περ πέφυκεν. Vid. Casaub. et Schweigh. ad h. l. Unde cujus sit naturae Paluris intelligitur; nam Κόνναρον, καρπὸς δένδρου ὅμοιος παλιούρῳ scripsit Hesychius. Qua vero occasione de his arboribus, quae in Aegypto inveniuntur, egerit Theopompus in hoc libro, in quo de populis Adriam accolentibus exposuit, divinare non possum.

Fr. 146. Merito hic locus impeditus videbatur Casaubono, cuius emendatio, οὓς καὶ cum Epitome tollentis, vel scribentis ἐφίλει καὶ εὖ περίειπε, habet quo se commendet. Malim tamen assentiri Schweighaeusero verbum ἀνελάμβανεν omissum esse putanti; haud tamen credam hoc omissum esse, ut idem Vir Clarissimus subindicat, *volente ipso Athenaeo, quoniam scilicet ne apud ipsum Theopompum eo loco diserte adiectum verbum fuisset, sed e superiori oratione fuisset intellgendum;* sed potius librariorum errore. Nam paulo superius, ubi ea tradidit Athenaeus, quae h. l. repetiit, verbum adiecit: Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς ἀποβάλλοντας τὰς οὐσίας εἰς μέθας καὶ κύβους, καὶ τὴν τοιαύτην ἀκολασίαν, οὐ μόνον ὁ Διονύσιος ἀ ν ε λ ά μ β α ν ε ν, ἀλλὰ καὶ ὁ Φίλιππος.

Fr. 147. Suspicor Theopompum in iis, quae hoc fragm. praecedunt, narrasse Dionysium, tyrannidem sibi vindicaturum, eo multitudinem adduxisse, ut sexcentos custodes, quos ipse vellet, eligendi potestatem ipsi facerent, Pisistrati Atheniensis exemplum imitatum, ut legimus apud Diodorum XIII, 95. Atque

ea occasione incidit fortasse Theopompus in Pisistrati mentionem, qui tamen custodibus illis ad tyrannidem comparandam tantum, non vero ad eam saeviter exercendam usus est; siquidem eos postea dimisit. Quid, quod ne hortos quidem suos et praedia ab iis muniri sivit, sed cuivis, quibus indigeret, ea inde sumere permisit. Idem postea a Cimone factum esse tradidit Theopompus Phil. libro X.

Fr. 148. Sic optime Maussacus correxit, cum in aliis Harpocrationis editionibus legeretur: ἐν τῇ κατὰ Πεισιστράτου, ex ciphra κά inepte facta compendiosa scriptura praepositionis κατά. Pro Πεισιστράτου tamen Πεισίστρατον sequens ποιῆσαι flagitat: quomodo etiam Suidas. At Photius in Lexico Πεισιστράτου; qui ambo hunc locum pro suo uterque more ex Harpocratione descripserunt. Ex utroque vero eorum intelligo vulgare κατὰ corruptum esse; nam neuter numerum libri κά addidit; scripserunt certe ὅ — Πεισίστρατον. Λυκείου, ἀκαδημίας et κυνοσάργους meminit Demosthenes in Timocr. p. 463; ubi sic Ulpianus: ἦν δὲ καὶ ἱερὰ ἐπὶ μὲν τοῦ Λυκείου, λυκοκτόνου Ἀπόλλωνος· ἐπὶ δὲ τοῦ κυνοσάργους, τοῦ Ἡρακλέους· ἐπὶ δὲ τῆς ἀκαδημίας αὐτοῦ τοῦ Ἀκαδήμου τοῦ ἥρωος. Cf. Harpocr. v. Ἀκαδημία.

LIBER XXII.

Fr. 149. Suspicor Theopompum hoc libro retulisse, Philippum Thraciae et Thessaliae urbes, quas antea adortus erat, (vid. lib. III.), iterum aggressum esse; quòd harum tantum urbium nomina hoc libro occurrunt. Accidit autem altera haec invasio Ol. CVII. teste Diodoro XVI. 52. Lego ὡρμηκότες· ἐπιεικῶς δ' εἰσὶ κ. τ. λ. Casaubonum sequutus. Nam etsi ἐπιεικῶς ad praecedentia referri commode posse, Schweighaeusero concedam, offendit tamen quod sequitur: τὸ δὲ i. e. τοῦτο δὲ pro τοιοῦτοι, in ipso etiam Theopompo,

po, qui caeteroquin suo quodam dicendi genere proprio usus est. A Thracum in universum vinolentia valde veteribus celebrata, potandi quoddam genus nomen sortitum est. Nam, quod non compressis labris, neque guttatim sorbuerunt, sed hiante ore plenoque gutture vinum quasi iniecerunt, hinc *ἀμυστὶ πίνειν*, sive *ἀμυστίζειν*, et *ἄμυστιν*, sive *ἀμυστὴν*, de hoc potandi more usurparunt scriptores, praesertim quando de ipsis Thracibus egerunt, ut Callimachus apud Athenaeum h. l. cf. XI. p. 477 C.

Καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν
Οἰνοποτεῖν· ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.

et Horatius Carm. I. 56. v. 13.

Neu multi Damalis meri
Bassum Threïcia vincat amustide.

Fr. 150. Constat ex superstitibus scriptoribus Stephanum eorum verba non raro trunca et corrupta adduxisse. Quod si de his certum est, nescio an iure idem de caeteris, quorum operum iactura impedit, quominus comparatio instituatur, suspicari liceat. Hic certe locus mutilus est et corruptus; cui bene succurrisse videtur Pinedo, restituens *παρῆλθεν Χυτρόπολιν χωρίον*. Quis vero Chytropolin venerit et ab oppidanis exceptus sit, pro certo dicere non possum, cum ne nomen quidem apud alium quemquam invenerim. Colonia fuit, ut Theopompus h. l. testatur, Aphytis, urbis iuxta Pallenen, celebris Ammonii oraculo, ut notat Stephanus h. v. ex Pausania III. 8. Ad eam Phormio Atheniensis castra posuit, indeque Potidaeam occupaturus movit. Thuc. I. 64. Postea eandem oppugnavit Lysander, Plut. in Vita c. 20.

Fr. 151. Ab aliis tamen in Macedonia collocatur. Thuc. II. 29. *ξυνεβίβασε δὲ καὶ τὸν Πέρδικκαν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ Θέρμην αὐτῷ ἔπεισεν ἀποδοῦναι.* Perdiccas enim Macedoniae fuit rex. Diserte vero I. 61. *οἱ ἀφικόμενοι*

εἰς Μακεδονίαν πρῶτον, καταλαμβάνουσι τοὺς προτέρους χιλίους Θέρμην ἄρτι ἡρηκότας. Et Apollodorus apud Stephanum. Ab eo oppido sinui Thermaeo, quae ad Macedoniam pertinuit, nomen fuit. Therme postea Thessalonica appellata est. Strabo Exerp. l. VII. p. 509. Ὅτι μετὰ τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστιν πόλις, ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο· κτίσμα δ' ἐστὶν Κασσάνδρου· ὃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, παιδὸς δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, ὠνόμασεν. Pariter Schol. Thuc. I. 64. ὅτι ἡ νῦν Θεσσαλονίκη πόλις πάλαι Θέρμη ἐκαλεῖτο. Et in schedis MSS. Angeli Aprotii: Θέρμη ἡ Θεσσαλονίκη apud Wassium ad Thuc. l. l. Quamquam Plinius eas distinxisse videtur H. N. IV. 10. *In ora sinus Macedonici oppidum Chalastra et intus Phileros Letae: medioque flexu littoris Thessalonica, liberae conditionis. Ad hanc ab Dyrrhachio CXIV. M. passuum Therme.* Cum igitur ab omnibus, quibus iunge Scylacem, in Macedonia haec urbs collocetur, ex iis Theopompum corrigendum puto, nisi eiusdem nominis duas urbes statuas, alteram in Macedonia alteram in Thracia; de hac tamen parum constat. Caeterum notetur a Theopompo Θέρμαν vocari; cuius nominis etsi plures recensentur, nulla tamen Thraciae. Vid. Stephan. h. v.; a caeteris vero Θέρμην appellatur.

LIBER XXIII.

Fr. 155. Eiusdem meminit Aelianus V. H. II. 41. Charidemo nimios honores ab Atheniensibus decretos esse queritur Demosthenes in Aristocrat. Vid. tamen Dinarchus in Demosth. De eodem cf. Casaubon. ad Athen. h. l. et Perizon. ad Aelian. l. c. Diversus videtur ab eo Charidemo, quem Theopompus l. XXXI. memorat.

Fr. 156. Atticae igitur fuit urbs secundum Theopompum, non Thraciae Chersonesi, ut Stephanus falli vi-

videatur. Tum sub Euboeae potestate, nam Chalcidenses Euboeensis iuris erant.

Fr. 157. Quae et ubi sita fuerit haec urbs nec hîc, nec alibi docemur. Fuit quidem non Brea, sed Brias urbs Pisidiae, teste Artemidoro apud Strabonem XII. p. 855, et erat fortasse in Thracia aut urbs, quae κατ' ἐξοχὴν appellaretur Bria, cum docente Strabone VII. p. 491. haec vox Thracum lingua urbem significarit, aut vicus: nam Hesychius Βρίαν explicat, τὴν ἐπ' ἀγροῖς κώμην. Vereor tamen ut ea de re etiam nunc certi quid possit statui.

LIBER XXIV.

Fr. 159. Gastroniam infra libr. LIV vocat Γραιστωνίαν, eademque videtur ac Γρηστωνία Thucydidis II. 99, ubi Gottleberus Κρηστωνία reposuit, quem secutus est Haackius. Obstant tamen MSS. et Stephanus, qui Γρηστωνία apud Thuc. legit. Vid. Steph. in h. v., quamquam perperam eam Thraciae regionem facit. Fortasse confusae sunt ab eo haec et Κρήστων sive Κρηστώνη, quam postea excitavit Ethnographus. Cf. Poppo ad Thuc. Proleg. P. I. Vol. II. p. 384 sq. in nota.

Fr. 164. Cum ex aliis fragmentis constet Theopompum hoc libro de Euboea egisse, suspicor fragmentum hocce apud Strabonem, in quo enarrat insulam a Pericle subactam eoque missos esse colonos, ex eodem libro esse desumtum, urbesque, quarum nomina in caeteris fragmentis occurrunt, in eadem re narranda a Theopompo esse memoratas. Pericles igitur in Euboeam, quae antea sub Atheniensium potestate fuerat, postea defecerat, veniens totam eam subegit, ut tradit Thucydides I. 114; eademque, opinor, retulit Theopompus in locis, quae nunc urbium tantum nomina continent, quod item quodammodo efficio ex eius verbis apud Stephanum v. Δύστος· Ἀποστήσας

δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ περιοικίᾳ τῶν Ἐρετριέων, ἐστράτευσεν ἐπὶ πόλιν Δύστον. Insula subacta Χαλκιδέων τοὺς ἱπποβότας λεγομένους, πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέροντας, ἐξέβαλεν Pericles, ut scripsit Plutarchus in vita c. 23, cuius fortasse rei Chins meminit, cum de Chalcidensium urbe Assera agebat, Hestiaeenses autem sedes relinquere inque Macedoniam (fortasse in urbes Baetium et Gastroniam hoc libro a Theopompo memoratas) migrare iussit, ut, praeter Theopompum, tradit Thucydides et, post eos, Diodorus XII. 22. et Plutarchus l. c., qui addit: μόνοις τούτοις ἀπαραιτήτως χρησάμενος [Pericles], ὅτι ναῦν Ἀττικὴν αἰχμάλωτον λαβόντες, ἀπέκτειναν τοὺς ἄνδρας. Sic ut vero Theopompus h. l., ut obiter hoc moneam, ita et Herodotus VIII. 23. Ἱστιαιεύς et Ἱστιαίη per ι Ionice scripsit. Homerus item nomen ita scripsit Il. II. 537.

. . . . πολυσταφύλον θ' Ἱστίαιαν.

Ephorum vero per ἑ, cui, apud Stephanum v. Ἱστίαια gentile est Ἑστιαῖος. Pausanias autem VII. 4 et 7. et Diodorus XI. 13, XII. 7, 20, XV. 30. utraque scriptura utuntur. Cf. Poppo Prol. ad Thuc. P. I. Vol. II. p. 267 seq. — Hestiaeensibus in Macedoniam expulsis, coloni ex Atheniensibus in Euboeam missi sunt duo mille ut Theopompus, mille vero teste Diodoro XII. 22. Nam Oreon non alia fuit urbs atque Hestiaea. Quod, licet adversante Wesselingio ad Diod, XV. 30, ab ipsis veteribus videtur confirmari. Scholiastes certe Thuc. l. c. diserte testatur, cum quo consentiunt Strabo h. l. Ὠρειτῶν . . . . οὕτω γὰρ ὠνομάσθησαν ὕστερον οἱ Ἱστιαιεῖς, καὶ ἡ πόλις ἀντὶ Ἱστιαίας Ὠρεός, et Stephanus, quamquam ex aliis corrigendus: Ἱστίαια .... νῦν δὲ καλεῖται Ὠρωπός, lege Ὠρεός; diserte autem Pausanias VII. 7. ἐπεὶ κατ' ἐμὲ ἦσαν ἔτι οἱ Ὠρεὸν τὴν ἐν Εὐβοίᾳ τῷ ὀνόματι Ἑστιαίαν ἐκαλοῦν τῷ ἀρχαίῳ. Idem denique efficio ex verbis Theopompi: τὴν Ὠρεὸν οἰκῆσαι,

σαι, δῆμον ὄντα πρότερον τῶν Ἱστιαιέων, i. e. Atheniensium duo mille colonia frequentarunt *Oreum*, *quae antea curiae Histiaeensium fuerat*, quanquam interpres Latinus minus bene id de Atheniensibus intellexit, non attendens ad acc. sing. ὄντα, sed ac si scriptum esset ὄντας locum intelligens.

Fr. 166. Particula est fortasse hoc fragmentum enarrationis belli inter Samios et Milesios de Priene, de qua Thuc. I. 115. Diod. XII. 27. Plut. Per. c. 25.

LIBER XXV.

Fr. 167 sqq. Videtur Theopompus hoc libro id maxime egisse, ut ab ipso argumento digressus, inveteratas opiniones, quae ad gloriam Atheniensium spectarent, impugnaret, allatisque exemplis, fictis saepe eam rebus innixam esse doceret. Nam, inquit, iusiurandum, quod Graecos ante proelium ad Plataeas praestitisse iactant Athenienses, falso memoratur: qua in sententia praeceptorem Isocratem sequutus est, qui iusiurandum illud non universos Graecos, sed Iones tantum praestitisse testatur in Paneg. c. 41. διὸ καὶ τοὺς Ἴωνας ἄξιον ἐπαινεῖν, ὅτι τῶν ἐμπρησθέντων ἱερῶν ἐπηράσαντο εἴ τί τινες οἰκοδομήσαιεν, ἢ πάλιν εἰς τὰ ἀρχαῖα καταστῆσαι βουληθεῖεν, οὐκ ἀποροῦντες, ὅθεν ἐπισκευάσωσιν, ἀλλ' ἵνα ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ᾖ τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας. Quorum postrema apud Lycurgum in Leocrat. item inveniuntur, qui, iusiurandum ipsis Graecis tribuens, integram ita retulit: οὐ ποιήσομαι περὶ πλείονος τὸ ζῆν τῆς ἐλευθερίας· οὐδὲ καταλείψω τοὺς ἡγεμόνας, οὔτε ζῶντας, οὔτε ἀποθανόντας· ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας τῶν συμμάχων ἅπαντας θάψω, τῶν μὲν μαχεσαμένων ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος πόλεων οὐδεμίαν ἀνάστατον ποιήσω, τὰς δὲ τὰ τοῦ βαρβάρου προελομένας ἁπάσας δεκατεύσω· καὶ τῶν ἱερῶν ἐμπρησθέντων καὶ καταβληθέντων ὑπὸ βαρβάρων οὐδὲν ἀνοικοδομήσω παντάπασιν, ἀλλ' ὑπό-

ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγινομένοις ἐάσω καταλειπέσθαι τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας. Diodorus Sic. XI. 29. iusiurandum etiam a Graecis praestitum testatur, non tamen Plataeis, ut Orator, sed in Isthmo Corinthiaco. De caeteris differentiis consule Barbeyrac. Hist. Foed. I. p. 92. Wessel. ad Diod. l. c.

Dein animadvertit Theopompus commentitia fuisse foedera, quae Graeci, in primis Athenienses cum Persis se pepigisse gloriabantur. In quo loco Darius perperam pro Xerxe memoratur; nam de illius cum Graecis pactione, ne ficta quidem, quidquam legitur. Compositam vero pacem fuisse Athenienses iactabant, Ol. LXXVII. 4, post victoriam ad Eurymedontem a Cimone reportatam, et quidem durissimis Persis conditionibus. Nam, teste Plutarcho Cim. c. 13, constitutum erat, ut Persae a Graeco mari tantum se abstinerent, quantum equi cursus diurnus ferret, intraque Cyaneas et Chelidoniam armata navi ne navigarent: dein eodem loco pro: καὶ πρὸς Ἕλληνας legendum esse καὶ τῶν Ἑλλήνων res ipsa indicat. Commentitia autem haec foedera fuisse hoc gravissimo argumento probare voluisse videtur Theopompus, quod pacis conditiones columnae incisae fuerunt non litteris Atticis, eo tempore in usu, sed Ionicis, quae, eodem teste, (fragm. 169.) a Callistrato apud Samios repertae, auctoritate maxime et consilio Archini, Euclide demum archonte (Ol. XCIV. 2), Athenas introductae sunt. Videtur autem Theopompus, huius rei opportunitate usus, de origine litterarum Ionicarum hoc loco latius disseruisse: quemadmodum de eadem re Ephorus fecit, ut constat e Scholiasta Homeri Il. VII. 187. edito primum e Cod. Vossiano a Valckenaerio ad Ammon. p. 242, dein a Villoisono et de quo loco vid. Marx. ad Ephor. p. 240, eademque de re Scaligerum ad Euseb. MDCXVII. p. 102, Valesium in not. Maus-

sac.

sac. ad Harpocrat. p. 102. et Taylor. Vit. Lysiae. Argumentum autem hoc Theopompi ut est gravissimum ipsum per sese, ita eius testimonium nou parum fulcitur a Callisthene, qui haud ita multo post Theopompum floruit, et, teste Plutarcho ibid., item negarat regem Persarum hanc pacem iuiisse; sed quod sese intra certos fines continuerit, id ἔργῳ ποιεῖν διὰ φόβον τῆς ἥττης ἐκείνης. Quis vero alterutri eorum opponat aut Diodorum aut Plutarchum, quorum utrique tum demum fidem habeas, quum perspexeris a quibus scriptoribus sua mutuati sint, et a quibus adeo omnis eorum auctoritas pendeat. Iam Plutarchi traditio unice nititur Cratero, in cuius ψηφίσμασιν, ἃ συνήγαγε, ἀντίγραφα συνθηκῶν, ὡς γενομένων, κατατέτακται. Unde tamen id tantum liquet, formulam quandam paois conscriptam fuisse; quod quidem iu dubium haud vocatur; nam eandem etiam columnae incisam fuisse, verbo ἐστηλιτεῦσθαι ipse indicat Theopompus; regem vero Persarum in pacis conditiones consensisse haudquaquam exinde effici potest. Diodorus vero XII. 4. cum neque auctores suos nominet, neque cum Plutarcho consentiat, siquidem pacem non post pugnam ad Eurymedontem, sed post proelium ad Cyprum, mortuo iam Cimone, atque adeo viginti annis post, compositam fuisse narrat, sibi adeo ipse solus relinquitur. Accedit silentium omnium historicorum, in his Thucydidis, qui, cum in prooemio historiae, ut exponeret οἵῳ τρόπῳ οἱ Ἀθηναῖοι ἦλθον ἐπὶ τὰ πράγματα ἐν οἷς ηὐξήθησαν, ea diligentia usus sit, ut nullam rem memorabilem praeterierit, hanc profccto gloriosissimam pacem, qua Rcx regum Atheniensibus cedere coactus fuerit, minime silentio praeterivisset; quod in primis animadvertendum est, ne loca quaedam apud eundem obvia, in quibus ad hanc allusisse a nonnullis dicitur, eo trahantur. Idemque valet de locis

locis aliquot apud Oratores, Lysiam, Isocratem, et apud Platonem, cuius verba Menex. p. 242 A. εἰρήνης δὲ γενομένης, *de bello potius finito*, quam de pace rite composita adhibita videntur; quemadmodum eadem accepit tum Moschus *Commentat. super iis, quae de Pace inter Persas victos et Graecos, Cimone duce, victores, composita varie narrantur*, in Miscell. Crit. I. 2. p. 214, tum Krugerus, qui in doctissima Commentatione de *pace Cimonis* germ. scripta (Archiv fur Philol. u. Pädag. 1824. II. p. 205 seq.) his multisque aliis argumentis, quae omnia repetere longum esset, rem omnem tam accurate exploravit, docteque comprobavit, ut non dubitem, quin cuivis lectori erudito persuasurus sit, pacem inter Graecos et Persas commentitiam fuisse, et e serie rerum per terrarum orbem gestarum eximi oportere.

Caeterum in postremo fragmento Theopompi, quod etiam exstat apud Photium in Lexic. cad. voce, Ἀρχῖνους ὁ Ἀθ. quod vulgares Suidae libri exhibent, recepi pro Ἀρχίνου δ' Ἀθ., obsecutus Valesio l. c. p. 102. et Ruhnkenio Hist. Crit. Or. Gr. Op. I. p. 517. ed. alt. Quorum ille potissimum ad hunc locum miscre corruptum restituendum multum contulit. Animadvertit postremo Theopompus nec Marathoniam pugnam, neque alia multa, de quibus tantopere Athenienses iactare soliti essent, pari laudis praeconio ab omnibus celebrari.

Fr. 170. Athenaeus XIII. p. 573 C, postquam ex Chamelione Heracleota docuerat veteris moris fuisse Corinthi, ut, si de magnis rebus civitas Veneri precaretur, ingens meretricum turba ad supplicationem adduceretur, quae Deae vota facerent et postea etiam sacris interessent, citato simul Timaei libro septimo, ad eundem hunc Theopompi locum provocavit, itemque epi-

epigramma, quod Simonidem auctorem habere testatur, sic retulit:

Αἵδ' ὑπὲρ Ἑλλήνων τε καὶ εὐθυμάχων πολιητᾶν
Ἔσταθεν εὔχεσθαι Κύπριδι δαιμονίᾳ·
Οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐμήσατο δι' Ἀφροδίτα
Πέρσαις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

In quorum primo versu doricam formam Ἑλλάνων restituit Schweigh. Fragmentum autem ad hunc librum pertinere credo, quoniam in eo, ut e praecedentibus fragmentis colligitur, de Graecorum cum Medis rebus Theopompus egit.

Fr. 171. Festum τὰ Κάρνεα, sive τὰ Καρνεῖα a vate quodam nomen habere etiam tradiderunt Schol. Callimachi hymn. Apoll. v. 71. et Pausanias III. 13. Quamquam ea de re in varias sententias abierunt veteres, quas collegit idem Scholiastes Theocr. h. l. Nam Praxilas Carneum festum nomen habere ait a filio Iovis et Europae ab Apolline amato. Alcman a Carneo quodam Troiano. Demetrius (Scepsius) denique ἀπὸ τοῦ κρᾶναι, quod idem sit ac τελέσαι, qui libro primo τοῦ Τρωϊκοῦ διακόσμου apud Athenaeum IV. p. 141 E. monet, comparatum fuisse hoc festum ad exemplar militaris disciplinae et consuetudinis; nam, ut pergit, hoc festum ita agebatur, ut in novem diversis locis, quae σκιάδες appellabantur, tentoriis non dissimilibus, per novem dies coenarent novem viri a singulis tribubus tres. Sosibius (*) in libro περὶ τῶν χρόνων apud Athen. XIV. p. 635 F. testatur festos illos

(*) Hoc verum nomen esse puto, quod etiam habet Athenaei Codex Marcian. Venet., ex quo nomen sic edidit Dindorfius; quamquam plures libri scripti et Editi Σώσιμος habent. Sosimus tamen nusquam, quod sciam, nisi h. l. occurrit. Sosibii vero Laconis grammatici opera, veluti περὶ Ἀλκμᾶνος, περὶ θυσιῶν τῶν ἐν Λακεδαίμονι aliaque aliquoties citantur, ab Athenaeo praesertim. Eius

los dies institutos esse Olymp. XXVI. Quod tamen vereor ut admitti possit, si Terpander Lesbius omnium primus in Carneis victoriam reportaverit, ut tradit Hellanicus apud Athenaeum ibid. Vixit enim Terpander Lycurgi legislatoris tempore, quem omnes tradunt cum Iphito Eleo primam Olympiada instituisse, teste Hieronymo ἐν τῷ περὶ κιθαρῳδῶν apud eund. ibid.; quamquam Hellanicus apud Clement. Alex. Strom. I. p. 855. Terpandrum Midae aetate vixisse narrat. Cum vero e Pausania l. c. constet etiam ante Heraclidarum reditum Apollinem Carneum a Lacedaemoniis cultum esse; dein e Callimachi Hymno in Apoll. v. 72 sq. intelligatur Apollinis Carnei cultum Spartae ortum, postea ad alias civitates translatum esse, primo Theram, dein Cyrenen, hinc Sosibium videri posse de tempore egisse, quo alii, praeter Lacedaemonios, Graeci haec sacra receperint, acute coniecit Sturzius, ad Hellanic. p. 87. Qui tamen paulo post aliam viam haud contemnendam inivit, quâ Sosibius aliquanto propius accederet ad Hieronymi rationem. Nam quaesivit num forte Sosibius, quum nominaret Olymp. XXVI. veram Olympiadum epocham secutus sit, e qua prima Olympias epochae vulgaris Iphitea est duodetrigesima, unde sequeretur, Terpandrum in Carneis vicisse octo fere annis ante Coroebi Elei in stadio Olympico victoriam, a qua Graecis postea placuit tempora numerare. De historia huius festi vide Larcher. ad Herod. VII. 206. et quos ad

Eius autem χρόνων ἀναγραφὴ citatur a Clemente Alex. Strom. I. p. 327, in qua tradidit ab Inachi regno ad Olympiadem primam esse annos trecentos nonaginta et quinque, institutamque esse, Nicandro tricesimum quartum aetatis annum agente; ut verosimile sit idem esse opus, quod Athenaeus vocavit, περὶ τῶν χρόνων, et nomina litterarum similitudine confusa esse.

ad eundum locum citavit Valckenaerius. Durante hoc festo, i. e. per novem dies nefas habebatur bellicas expeditiones suscipere, Schol. Thuc. V. 54. Inque bello Medico Carnea Lacedaemonios impediverunt, quominus ad Thermopylas adversus Persas proficiscerentur, teste Herodoto l. c. Suspicor autem hoc ipsum et quidem hoc loco commemorasse Theopompum, atque ea opportunitate plura de Carneo festo memoriae prodidisse, quoniam hoc libro alia ad bellum contra Persas pertinentia narravit. Nondum tamen exputo cur in loco hoc Scholiastae pro Ephoro Theopompum citatum esse suspicatus sit Marxius ad Ephor. p. 105. n. Nam, etsi hi, quod saepe coniunguntur, inde saepe inter se confunduntur, non tamen certum est idem hoc loco accidisse.

Fr. 172. Monui ad principium huius libri, in eo id maxime egisse Theopompum, ut arrogantiam et stolidum Atheniensium fastum reprehenderet, doceretque gloriam, quam sibi vindicabant, commentitiis saepe rebus innixam esse. Collocavi igitur hoc fragmentum sub hoc libro, coniiciens eodem consilio animadvertisse Theopompum, Saïtas Aegypti falso Atheniensium colonos ab his perhiberi, esse contra Athenienses a Saïtis oriundos. Quamquam alio consilio, haud ita laudabili, διὰ βασκανίαν ita retulisse et historiam contorsisse Theopompum censet Atticus Platonicus Philosophus. Notissimum enim est, quid de sua ipsi origine praedicarint Athenienses. *Sibi enim* (ut est apud Iustinum II. 6.) *praeterquam incremento etiam origine gloriantur. Quippe non advenae neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit: sed eodem innati solo, quod incolunt, et quae illis sedes, eadem origo est.* Cf. Herod. I. 56. VII. 161. Thuc. II. 36. Demosth. de fals. legat. p. 256. Orat. funeb. p. 745. Cicero pro Flac.

c.

c. 26. Strabo VIII. p. 514. Plerique tamen Theopompum secuti sunt, teste Africano apud Eusebium P. E. X. 11, iam in eadem re adhibito a Wesselingio ad Diodorum I. 28, qui etiam testatur Athenienses colonos Saïtarum Aegypti habitos esse. His addi potest, si quam in eiusmodi re fidem mereatur, Tzetzes ad Lycophron. vs. 111. Plato vero in Timaeo p. 21 F, ad quem locum haec annotavit Proclus, tantum retulit, urbi Saï Deum praefuisse, qui Aegyptiace Νεῖθ, Graece Ἀθηνᾶ vocatus sit, et Saïtas, addit, amicos et cognatos Atheniensium, non tamen tradidit illos horum colonos fuisse, etsi id eum retulisse iudicavit Apollonius Thyaneus Saïtis Epist. 70. citatus a Wessel. l. c. Qui vero quae de Cecrope διφυῆ sive διμόρφῳ narrantur secum reputaverit, is, haud dubito, Theopompo potius, quam caeteris hac in re fidem habebit. Nam, cum huius cognominis alii aliam rationem quaesiverunt; vid. Tzetzen l. c., tum fuere, qui nomen inde repetendum existimarent, quod Cecrops duabus civitatibus usus erat, Graecia et Aegypto, quemadmodum crediderunt ipsi Aegyptii apud Diodor. l. c.; nam in mutilo hoc loco, quae de Pete Menesthei patre narrantur, ea ad Cecropem pertinere, dudum monuerunt Palmerius et Wesselingius. Eodem autem loco multa collecta sunt argumenta pro Saïtis Atheniensium maioribus, quamquam non omnia eiusdem momenti ac pretii. Haud tamen scio an non eandem cognominis caussam agnoverit Theopompus ipse, modo, quod probabiliter coniecisse videtur Creuzerus in Praef. ad Marx. Ephor. p. XV, ex eius fonte ducta sunt, quae de priscis Athenis paullatim ad meliorem cultum eruditis leguntur apud Iustinum l. c., ac de Cecrope, *quem, ut omnis antiquitas fabulosa est, biformem tradidere, quia primus marem feminae matrimonio iunxerit.* Haec, ut obiter hoc mo-

moneam, si ex Theopompo profluxerint, ut verosimile est, ea hoc ipso loco, in quo de Athenarum origine tractavit, retulisse videtur.

Fr. 173. Iidem fortasse sunt atque incolae urbis Zeriniae, de qua libr. III. Phil. Haud scio an Milcorus, quam sequenti fragmento memorat, eadem fuerit ac Miacoris, item Chalcidica urbs, quam antea ex eodem Theopompi libro excitavit Stephanus. Literae enim A et Λ saepe confunduntur. Utrum praestet haud dixerim, quum neutrum horum alibi invenerim.

Fr. 175. Demosthen. in Aristocr. p. 424, ab Harpocratione h. l. citatus, refert, Iphicratem Cotyi regi libertatem vindicasse, cumque ab hoc expeteretur, ut caetera loca Atheniensium iuris oppugnaret, facere id noluisse. Tum Cotys Charidemi mercede conducti opera loca cepit, *καὶ εἰς τοῦτο κατέστησε τὸν Ἰφικράτην ἀπορίας, ὥστε ἀπελθόντα εἰς Ἄντισσαν οἰκεῖν· καὶ πάλιν εἰς Δρῦν, ἡγούμενον, ὡς μὲν ὑμᾶς οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἐλθεῖν, οὓς ὑστέρους ἐπεποίητο τοῦ Θρᾳκὸς καὶ βαρβάρου, παρ' ἐκείνῳ δ' οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι μένειν, ὃν οὕτως ὀλιγοροῦντα ἑώρα τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας.* In Vaticano Cod. apud Maussac. ad h. l. pro *Θεόπ. ἐν εἰκοστῇ πέμπτῃ* exaratum est *εἰκοστῇ ϛ'.*

Fr. 177. In Schol. e Cod. Paris. haec excitantur e Theopompo *ἐν λε'*, quod facile ex *κε'* corrumpi potuit. Orichalcum, aeris quoddam genus, nomen habere ab Oreo quodam, eius inventore, testatur Schol. ibid., apud quem Aristoteles et rem et nomen inveniri negat. Eius, praeter Theopompum et Socratem, meminere Stesichorus Bacchylides et Aristophanes Grammaticus. Quo vero Theopompi locus spectet divinare non possum.

LIBER XXVI.

Fr. 178. Pro καὶ πλείους uterque Codex apud Schweigh. habet πλείους τε: eidem assentiens non video quid εἰσὶ post πλείους, et ὡς ante ᾑρεῖτο requiramus. Praepositionem tamen ἐν cum Casaubono et Corayo deletam malim. Vide tamen Schweigh. ad h. l. Sensus est: *plures Thessalorum, qui Philippo sese adiunxerant, consuetudine magis ille sibi, quam muneribus conciliavit.* Hunc morem perpetuo servavit Philippus, eoque etiam postea erga Graecos usus est. Diod. XVI. 91.

Fr. 181. Usus fortasse est hac voce Theopompus in templo Delphico describendo.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΤΑΘΕΝΤΩΝ ΕΚ ΔΕΛΦΩΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ.

Fr. 182. 'Ασώπιχον] Boissonadus apud Schweigh. ad h. l. opportune citavit illud Plutarchi in Erot. Tom. II. p. 761 D. 'Επαμινώνδας ἐρωμένους ἔσχεν 'Ασώπιχον καὶ Κηφισόδωρον, ὃς αὐτῷ συναπέθανεν ἐν Μαντινείᾳ καὶ τέθαπται πλησίον. De varia in sequentibus lectione adi Schweigh., cuius arridet coniectura στέφανον χρυσοῦν, cum in membranis et Edit. esset καὶ σ.... νον χρυσοῦν, pro quo coniecerat Dalecampius κισσύβιον χρυσοῦν, probante Casaubono; quamquam hic priorem emendationem in exemplari sua antea notaverat. Quod vero pro ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ μαντέων, et mox pro ἐμμανῶν γεν. τῶν μαντέων utrobique νεανιῶν restituendum putat Schweigh., quod apud Plutarchum de Pyth. Orac. p. 598 A. legitur: ὁρμήσαντες ἐπὶ τὸν στέφανον οἱ νεανίσκοι, non admiserim, cum illud magis cum re, de

de qua hic agitur, congruat. Cum autem hoc loco diserte testetur Theopompus Philomelum Pharsaliae Thessalae saltatrici coronam lauream ex auro, Lampsacenorum donarium, dedisse, apparet non omnino bene scripsisse Diodorum XVI. 56. *τῶν δὲ προγεγενημένων στρατηγῶν ὁ μὲν πρῶτος ἄρξας Φιλόμηλος ἀπέσχετο τῶν ἀναθημάτων*; cum et ipse c. 30. *ὁ Φιλόμηλος — ἠναγκάζετο τοῖς ἱεροῖς ἀναθήμασιν ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας, καὶ συλᾶν τὸ μαντεῖον.* Egerit fortasse in ea re moderatius fratribus, quam ob caussam eum non memorarit cum depeculatoribus Onomarcho, Phayllo et Phalaeco Ephorus sive potius eius filius Demophilus lib. XXX. Hist. apud Athen. VI. p. 232 D.

Fr. 183. Verba *διὰ Λυσάνδρου* merito Schweigh. suspecta, cum de Lysandro Spartano hic ne cogitari quidem possit; igitur coniecit sub illis latere verbum aliquod, quod ipsum ad sententiam complendam desideratur, et quidem *διαναλωθῆναι*. Equidem conieceram *διαλυθῆναι*, quod propius a vestigiis scripturae recedit, quamquam ad sensum haud ita accommodatum. Igitur alii de hoc loco desperato videant. Mox *'Αθηναίους*, ut est in Epit., recepi pro *'Αθηναίοις*. De Adaeo Gallo a Charete interfecto cecinit Heraclides Comicus apud Athen. h. l. et ex eo Zenobius Cent. VI. 34. Videtur autem interfectus in alterutra expeditione Olynthiaca, in qua Chares Atheniensium dux fuit, Philochoro teste apud Dion. Hal. Epist. ad Ammaeum Op. II. p. 122.

Fr. 184. Etsi Diodorus, pro more suo, non indicat, quo auctore usus sit, suspicor tamen eum hunc locum e Theopompo sumsisse, atque adeo in verbis *ἔνιοι δὲ τῶν συγγραφέων φασὶν* ad eum in primis respexisse. Partim quidem quod in hac re tradenda meliorem ducem haud facile sequi potuit Theopompo, qui de direptis donariis accuratissime egisse videtur. Partim

 quod

quod quae h. l. extremo leguntur, depeculatores terrae motu subito exorto, extemplo ab opere destitisse, omnino congruunt cum Theopompi narrandi genere. — Postremum hoc item exsequitur Strabo IX. p. 644.

LIBER XXX.

Fr. 185. Κορσίας item memorat Diodorus XVI. 58, tradens ex hac urbe, tum Orchomeno et Coronia, quas bene munitas sub se haberent Phocenses, hos copias in Boeotiam duxisse. Vid. Wesselingium ad h. l. Ad eandem autem rem hoc fragmentum pertinere crediderim. Stephanus e Pausania IX. 24. Χορσία habet, ubi tamen nunc Κορσεία legitur et ex Stephano Χορσία correxit Pinedo ad Stephan.

Fr. 186 seq. Videtur Theopompus hoc libro retulisse Philippum a Thebanis Thessalisque ducem adversus Phocenses electum, sacrilegii ultorem exstitisse, et bello sacro finem imposuisse; Phocensibus conscientia delictorum territis fugam capescentibus, poenasque violatae religionis sanguine et caedibus suis pendentibus. Quae res, ut scripsit Iustinus, VIII. 2, incredibile quantum apud omnes nationes Philippo gloriae dedit. *Illum vindicem sacrilegii, illum ultorem religionum: quod orbis viribus expiari debuit, solum, qui piacula exigeret, exstitisse.* Quamquam hoc maxime Philippus spectarat, ut in collegium Amphictyonum adscisceretur. Quod prospere ei cessit; nam indicto concilio cum gemini suffragii iure collegii Amphictyonum socius creatus est. Diod. XVI. 60. ibique laudati a Wesselingio. Huius autem loci opportunitate fortasse Theopompus, fusius de Amphictyonum collegio egit, quo pertinuerint ambo haec fragmenta. Eadem de re egisse Theopompum libro octavo constat ex Harpocratione v. Ἀμφικτύονες.

Fr.

Fr. 188. Quam rem hic innuerit Theopompus, adhuc divinare non potui.

LIBER XXXI.

Fr. 189. Rebus Phocicis compositis, legati Atheniensium petentes pacem ad Philippum venerunt. Quibus auditis et ipse legatos Athenas cum pacis conditionibus misit, ibique ex commodis utrorumque pax facta est. Iustinus VIII. 4. Scilicet Antiphon et Charidemus a Rege petiverunt, ut Amphipolis, quae antiquitus Atheniensium fuerat, mox a Philippo suis uti legibus iussa, (vid. l. I.), postremo sub eius potestatem venerat (l. III.), Atheniensibus concederetur, pro qua Pydnam, quae Philippi fuerat, ad Athenienses autem defecerat, ei ipsos daturos promiserunt. Sic series rerum esse videtur, quam vereor ne turbarit Barbeyracius Hist. Foed. Pars I. p. 210 seq., existimans, post foedus demum illud inter Philippum et Athenienses, illum Amphipolin occupasse, et legatos ad Athenienses sese applicuisse, petituros, ut ipsos a regis imperio vindicarent. Quae si fuisset rerum ratio ὕστερον πρότερον omnino retulisset Theopompus, cum iam antea libro III. de Hierace altero legatorum egerit. Accedit, quod Diodorus XVI. 8. occupatam a Philippo Amphipolin ad Ol. CV. 3, atque adeo ad initium eius imperii retulit, cum foedus illud post bellum sacrum initum videatur, ut e Iustino certe colligo. In occulto autem hoc foedus contractum est, ut Chius testatur, ita quidem, ut legati, non cum populo sed cum senatu rem communicarint, ne Pydnaei quid intelligentes sibi caverent, qui sub Philippi imperio esse nollent. Hoc est illud ἀπόῤῥητον, de quo Demosthenes Ol. II, p. 12. — In postremo autem fragmento, quod, etsi eius sedes ab Ulpiano non indicetur, hic collocandum esse, satis intelligitur, pro

μόνον καὶ Φιλίππου recepi μόν. κ. Ἀμφιπ., ex emendatione Kusteri ad Suidam, merito probata a Barbeyracio. Caeterum quod Theopompus de Amphipoli et Pydna, alii, teste Ulpiano, de hac et Potidaea tradiderunt: Pydnam Philippo subiectam ad Athenienses, Potidaeam, quae sub his erat, ad Philippum defecisse, Philippum autem et Athenienses suis utrosque rebus prospexisse.

LIBER XXXII.

Fr. 191. Historia plenior exstat apud Pausaniam, II. 36. III. 7. IV. 34, quo auctore, Asinaei Argolidis cum Lacedaemoniis, regnante Nicandro Charilli filio, Argolidem invaserint et Argivorum terram devastarint. Postea vero regressis Lacedaemoniis, Argivi cum exercitu adorti sint Asinem eamque ceperint, incolis in fugam actis. Tum hi, accepta a Lacedaemoniis Messena, eo migrarunt; urbem ibi condiderunt eamque ab ea, quam reliquerant, Asinam vocarunt; ut tradiderat paulo ante, et quo respexit Stephanus v. Ἀσίνη, qui tamen alteram perperam Laconicam urbem fecit, quae Argolidis fuit.

Fr. 192. Ut Theopompus, sic Polybius IV. p. 338 A. Casaub. et Pausanias III. 1. urbem Θαλάμας vocant, quorum tamen illi χωρίον est. Strabo VIII. p. 552. Θαλάμους eam appellat. Plutarchus Agide c. 9. Θαλαμίας, quo auctore nobilis fuit templo et oraculo Pasiphaae.

Fr. 193. Cf. infra l. XXXIX. fr. 205.

Fr. 194. Ephorus eam Estaniam vocat, et gentile facit Estanianum, eodem Stephano teste. Cf. Marx. ad Ephor. p. 160.

LIBER XXXIII.

Fr. 195. Consentit Menaechmus in rebus Sicyoniis

niis apud Athen. h. l. Schweigh. intelligit *gestantes vestes*, *quibus infra*, *κάτω*, *adsuta erat pellis ovina* ac propterea mavult *κατωνακοφόρους*. Compositum autem nomen est ex ἡ νάκη; ut merito Dalecampius a Casaubono reprehensus sit, *κατναγκοφόρους* scribens, quasi significet vox *rerum necessitate in servitutem delatos*. Vid. Ruhnk. ad Tim. p. 214.

LIBER XXXV.

Fr. 198. Cf. Athenaeus X. p. 415 D.

LIBER XXXVIII.

Fr. 200. Clearchus hic, teste Diodoro XV. 81. XVI. 36, Heracleae tyrannidem Ol. CIV. 1. occupavit camque duodecim annos tenuit. Cf. Memnon apud Photium Cod. CCXXIV. p. 365. Nefandam eius crudelitatem initiaque urbis Heracleae per digressionem tam copiose exposuit Iustinus XVI. 3 seq., ut, quemadmodum recte animadvertit Heerenius de font. Iustini, hoc loco integram potius Trogi Pompeii narrationem, quam eius epitomen servatam esse probabile sit. Quod vero coniecit idem Heerenius hunc locum Pompeium e Theopompo mutuatum esse, ea de re in utramque partem posse disputari existimo. Fateor, iudicium haud facile posse ferri, quatenus Trogus Memnonis auctoritate usus sit, cum excerpta apud Photium, qui quinque priores libros non vidit, a Clearchi demum aetate incipiant. Addo etiam, haud probabile esse eundem secutum esse Pompeium, quod ambo Augusti aetate vixerunt, atque adeo aequales fuerunt. Concedo item moris fuisse cum Theopompi, ut, urbem alicuius nominis memorans, eius simul antiquiorem historiam pervestigaret et memoriae proderet, tum Pompeii, ut eum iisdem in rebus ducem sequeretur. Obstat tamen, quod Iustinus Boeotios tantum Heracleae conditores me-

memorat, nulla Megarensium facta mentione; quum Theopompus Megarenses memoret, siquidem hunc secutus sit Strabo, ut statim aperiam, et Xenophon Anab. VI. p. 374 E. Ephorus libro V. aliique apud Schol. Apoll. Rhod. II. 845, cf. Marx. ad Ephor. p. 197. Megarenses et Boeotios conditores fuisse testentur. Ita quidem ut illi principes ductores fuisse videantur; siquidem Gnesiochus Megarensis dux coloniae fuit in Mariandynos, in qua regione Heraclea, teste Ephoro apud eundem Schol. II. 351; (nam ibi Ἔφορος legendum esse pro vulgato Εὐφορίων, et ex loco Schol. supra citato constat, et recte animadvertit Marxius ad Ephorum l. c. et p. 6, quem tamen credo pro versu 357 citare voluisse vs. 845, nam ad illum nulla Ephori citatio, ad vs. 359. vero eodem peccato Εὐφορίων legitur). Hinc Megarenses conditores, Boeotii vero coloniae participes vocantur a Pausania V. 26. Ἡ δὲ Ἡράκλεια πεπόλισται μὲν ἐπὶ Εὐξείνῳ Πόντῳ, ἀπῳκίσθη δὲ ἐκ Μεγαρῶν· καὶ Ταναγραῖοι δὲ μετέσχον Βοιωτῶν τοῦ οἰκισμοῦ. Ob eandemque opinor caussam Megarenses tantum memorantur a iunioribus Diodoro XIV. 31. et Strabone XII. p. 816; nam ibi pro Μιλησίων κτίσμα legendum esse Μεγαρέων κτ., ex omnium caeterorum testimoniis satis nunc quidem constat. Atqui hoc ipso loco Strabonem Theopompum secutum esse, inde probabiliter mihi coniicere videor, quod statim post in eadem historia testem eum nominatim citat. Haec de urbis origine. — Ipsa porro accurata Clearchi tyrannidis expositio apud Iustinum, suspicari quodammodo nos iubet. Nam, quum minutissima quaeque eâ narrantur, mirari subit, cur non tradiderit, Clearchum veneno multos sustulisse, alios tamen sumto aconito sibi cavisse. Quod egregium profecto crudelis tyrannidis testimonium, ab Athenaeo h. l. memoratum, Pompeius haud omisisset, si Theopompum certe sequi voluisset. Quominus vero Iustini locum e Theo-

Theopompo petitum existimemus, impedimento sunt omnium maximo haec verba c. 5: *Haec illum facere duo nobilissimi iuvenes Chion et Leon* (sic enim vocabatur non *Leonides*; vid. Memnon. excerpta apud Photium l. c.) *indignantes, patriam liberaturi in necem tyranni conspirant. Erant hi discipuli Platonis philosophi, qui virtutem, ad quam quotidie praeceptis magistri erudiebantur, patriae exhibere cupientes, quinquaginta cognatos, [veluti clientes] in insidiis locant.* Prorsus haec a Theopompo abhorrent, qui Platoni tam parum favebat, ut unum Antisthenem ex omnibus Socraticis laudaret. Diogen. Laërt. VI. p. 141, et separata scriptione id ageret, ut Platonis laudibus, si quid posset, detraheret. Cf. Athenaeus XI extr. — Igitur quod, Heerenii auctoritate adductus, primum commisissem, ut Iustini locum, tanquam fragmentum Theopompeum textui insererem, ab eo sedula et accurata rerum pervestigatio me revocavit.

In loco Athenaei pro Ἡρακλεωτοῦ recepi Ἡρακλεωτῶν, quomodo scribendum esse recte monuerunt Casaub. et Schweigh. Pro κάνειον nolim ἀκόνιτον, quemadmodum Schneiderus ad Nicandri Alexiph. p. 92. praecepit. Sic enim apud Athenaeum legit Stephanus v. Ἀκόναι. Cf. Casaub. ad Athen. h. l. Caeterum eandem rem e Theopompo narravit Antigonus Car. Hist. Mir. c. 151, ubi tamen perperam Agatharchus pro Clearcho. Quod retulit Theopompus aconitum nasci in ταῖς Ἀκόναις, loco prope Heracleam indeque nomen habere, idem testatur Theophrastus Hist. Pl. IX. 16. φύεται δὲ πανταχοῦ, καὶ οὐκ ἐν ταῖς Ἀκόναις μόνον, ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν· αὕτη δέ ἐστι κώμη τις τῶν Μαριανδυνῶν. Nam Heraclea in Mariandynis sita erat. Μαριανδυνῶν autem omnino h. l. legendum pro corrupto Περιανδούνων.

Fr. 201. Ex hoc libro desumtum videtur. Nam Heraclea, de qua superiori fragm. Theopompus, in Mariandynis sita erat. Horum vero agro a Megarensibus, Heracleae conditoribus, occupato, incolae ab iis in servitutem redacti et venditi sunt, non tamen extra fines. Ephorus apud Schol. Apoll. R. II. vs. 351. Hoc nominatim stipulati erant, ut notat Posidonius, qui, cum apud Athenaeum VI. p. 263 C. docuerat, servitutis originem inde repeti, quod nonnulli, qui propter imbecillitatem se ipsi tueri non possent, prudentioribus se ministris tradidissent, id Heracleotarum exemplo sic confirmat. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ Μαριανδυνοὶ μὲν Ἡρακλεώταις ὑπετάγησαν, διὰ τέλους ὑποσχόμενοι θητεύσειν παρέχουσιν αὐτοῖς τὰ δέοντα· προσδιαστειλάμενοι μηδενὸς αὐτῶν ἔσεσθαι πρᾶσιν ἔξω τῆς Ἡρακλεωτῶν χώρας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ μόνον τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ. Cf. Strabo h. l.

Fr. 202. Ideo solum hoc fragmentum hic collocavi, quoniam e superioribus suspicatus sum hoc libro Theopompum egisse de populis et urbibus ad Pontium, inter quas Amisus fuit. Arridet autem lectio, quam secutus est vetus interpres, et probavit Casaub. ad h. l. εἶτα Καππαδόκων ἄρχοντα. Vulgaris enim stare nequit, partim, quod, cum praecedat πρώτους, sequatur τρίτον δὲ, apparet aliquid deesse, partim quod nemo tradidit Milesios Capadocibus imperasse. De Amiso, Atheniensium colonia, Appianum Mithrid. pag. 380. laudat Wessel. ad Diod. XIX. 57.

LIBER XXXIX.

Fr. 204. Eosdem inter bibaces recenset Aelianus V. H. II. 41. Apollocratis nominis duo fuisse videntur. Alter Dionysii maioris filius, de quo hic, sic enim diserte Theopompus lib. XL, quem locum paulo ante citaverat Athenaeus; alter iunioris, teste Plutarcho Dion. c. 37. Cf. Perizonius ad Aelian. l. c., quo monen-

nente, apud Aelianum deinceps pro Ἱππαρῖνος Διονυσίου ἀνεψιὸς, aut υἱὸς legendum, aut certe intelligendum est. In postremis vero: ἔτι δὲ καὶ τὴν ὀψοφαγίαν κ. τ. λ., verbum aliquod in tertia persona desideratur, nisi forte praecedens ἀνέλαβεν sequentia satis per se regat.

Fr. 205. Mausum vicum agri Corinthiaci supra memoravit Theopompus l. XXXII. Quô vero hoc fragmentum pertinuerit, difficilis est divinatio; nisi fortasse hoc loco Theopompus de Dionysio iuniori narrarit, qui, deditis Timoleonti Syracusis, Corinthum in exilium abiit.

Fr. 206. Regio haec, a nullo quod sciam, praeter Theopompum memorata, septuaginta stadiis a Syracusis erat remota, docente Stephano h. l.

Fr. 207. Urbem hanc, memoratam item a Diodoro Ecl. XXIII. 6, Strabo VI. p. 410. promontorium vocat, ubi tamen perperam Ξιφονία. Adi Cluverium Sicil. Ant. I. c. 2. p. 156.

Fr. 208. Tradiderat fortasse hoc loco Theopompus Halycaeos, cum Dionysius Carthaginiensium castra invaserat, cum eo foedus iunxisse, haud tamen ita multo post, eosdem, eo rupto, nova foedera cum Carthaginiensibus pepigisse, quod testatur Diodorus XIV. *54*, *55*. Ex eodem vero loco Diodori et ex Ligorii numo ΑΛΙΚΤΑΙΩΝ, Thucydidis (VII. 32.) Ἀλικυκαῖοι viri docti correxerunt, notante Wesselingio ad Diod. l. c. Cf. tamen Poppo ad Thuc. Pars I. Vol. II. p. 541. n[a].

Fr. 209. Habitabant inter Tymphaeam et Athamaniam, Marsya auctore apud Stephan. h. l. Aethices memorat Strabo VII. p. 504. IX. p. 657, eosque inter Epiroticas gentes recenset VII. p. 502. Stephanus h. l. inter Thessalos. Alii vero inter Macedones. Cf. Eustathius ad Hom. Il. vs. 744. Dissensus caussa inde

re-

repetenda, quod, teste Strabone IX. p. 663, Thessalorum et Macedonum gloria crescente, plures vicinae gentes vel ultro vel invitae in eorum ditionem venerunt, inter quas Aethices.

Fr. 210. Etsi non docemur ubi sita fuerit, diversa tamen videtur ab eiusdem nominis urbe in Italia, quam Strabo memorat VI. p. 431. et Stephanus h. l.

LIBER XL.

Fr. 212. Pertinet fortasse hoc fragmentum ad enarrationem belli Syracusanorum adversus Dionysium, in quo hic victus fugam in Italiam capessivit Ol. CVI. 1. Iustinus XXI. 2. Hoc enim bellum Heraclides navarchus administravit. Diodorus XVI. 16. Plut. Dione c. 53.

Fr. 213. *ἐπὶ θανάτῳ* scripti editique omnes habent, monente Schweigh. ad h. l., pro quo Ed. Casaub. perperam *τὴν θανάτῳ*. Cf. Wessel. ad Diod. XVI. 6. Ibi Ναρσαῖον corrupte. Aelianus V. H. II. 41. Νισαῖος. Hic, devicto a Dione Dionysio, inque Italiam fugato, ipsoque sublato Dione, Syracusis imperavit, imperio tamen deiectus est a Dionysio, qui post decem annorum exilium, tyrannidem sibi revindicavit. Plut. Timol. c. 1.

Fr. 215. Videtur Theopompus, qui, quum de Dionysio tyranno agebat, Timoleontis res gestas praetermittere vix potuit, earum hac occasione memoriam altius repetivisse, ut ex hoc loco apparet. Ex eo vero corrigendus Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 400, cuius ad hanc procul dubio rem spectant verba haecce: *Θεόπομπος δὲ καὶ Ἔφορος καὶ Τίμαιος Ὀρθαγόραν τινὰ μάντιν ἀναγράφουσι.* Nepos in Timol. c. 1, rem referens, nomina reticet; pariter ut Diodorus XVI. 65. Vid. nostra disquisit. Cr. de font. et auct. Nepotis p. 87. Fuit quidam eodem tempore Satyrus, utrius-

que

que Dionysii assentator, quem memorat Timaeus apud Athenaeum VI. p. 250 D, quocum tamen vix credam vatem Corinthium confudisse Theopompum.

Fr. 216. Merito animadvertit Polybius h. l. in ridiculis nugis Timaeum insectari Theopompum. Videtur vero Theopompus hanc rem, non ut memorabilem ipsam per sese commemorasse, sed ut eius ope, pro more suo, hortaretur, Dionysii vitam ac fortunas luculentum iis praebere exemplum, qui stolide felici rerum successu efferuntur. Vix enim dubito, quin Diodorus, qui rem hoc modo adduxit, ea in re hunc ipsum Theopompi locum nisi expresserit, certe secutus sit, partim quod item narrat Dionysium oneraria navi Corinthum dévectum esse l. XVI. 70. *τὸν δὲ ἴδιον βίον καὶ τὴν μεταβολὴν ἔσχε παράδειγμα τοῖς καυχωμένοις ἀφρόνως ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις· ὁ γὰρ ἔχων τετρακοσίας τριήρεις, μετ' ὀλίγον ἐν μικρῷ στρογγύλῳ πλοίῳ κατέπλευσεν εἰς τὴν Κόρινθον, περίβλεπτον ἔχων τὴν τῆς μεταβολῆς ὑπερβολήν.* Partim quod Aelianus in fragm. sequenti similia verba eadem de re ex Theopompo attulit.

Fr. 217. Priorem huius loci partem excitavit Athenaeus X. p. 435 E, ex quo, quod argumentum etiam indicat, fragmentum hic collocandum esse conieci. De re cum Theopompo consentit Aristoteles, quem Athenaeus l. c. scripsisse testatur, Dionysium *συνεχῶς — ἔσθ' ὅτε ἐπὶ ἡμέρας ἐννενήκοντα μεθύειν· διὸ καὶ ἀμβλυωπότερον γενέσθαι τὰς ὄψεις.* Copiosius Iustinus XXI. 2. *in segnitiem lapsus saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit, adeo ut non solem, non pulverem, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset.* — c. 5. *Deposito imperio, arcem Syracusanis cum exercitu tradit, receptoque privato instrumento, Corinthum in exsilium proficiscitur. Ibi humillima quaeque tutissima existimans in sordidissimum vitae genus*

de-

descendit: non contentus in publico vagari, sed potare: nec conspici in popinis, lupanaribusque, sed totis diebus desidere: cum perditissimo quoque de minimis rebus disceptare: pannosus et squalidus incedere: risum libentius praebere, quam captare: in macello perstare: quod emere non poterat, oculis devorare: apud aediles adversus lenones iurgari: omniaque ista facere, ut contemnendus magis quam metuendus videretur. In quo loco frequentes antitheses Theopompi scribendi genus ita produnt, ut Iustini verba ad Theopompea proxime accedere, quin ea ipsa referre videantur. Caeterum quae de Dionysio tum Theopompus, tum Theophrastus apud Athenaeum l. c. scripsit: τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ τοὺς κολακεύοντας τὴν τυραννίδα, προσποιεῖσθαι μὴ βλέπειν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Διονυσίου χειραγωγεῖσθαι, καὶ μήτε τὰ παρατιθέμενα τῶν ἐδεσμάτων, μήτε τὰς κύλικας ὁρᾷν. Eadem de Hierone retulit Hegesander iisdem paene verbis, apud eundem VI. p. 250 E, in quibus tamen, ex illo loco, lego ἵν' ὑπ' αὐτοῦ χειραγωγῶνται, καὶ δοκῇ τῶν ἄλλων ὀξυδερκέστερος εἶναι, pro aut ἵν' ἐπὰν χειρ. καὶ δοκεῖ. aut ἵνα ὑπ' αὐχειραγωγῶνται, quod in nonnullis Codicibus reperitur. Casaub. vero ὑπ' αὐτῶν in margine adscripsit.

Fr. 218. Idem fuisse videtur, de quo Diod. XII. 79. et Plutarchus Timol. c. 11, diversusque ab eo, quem memorarunt Xenophon Hell. III. p. 588 E. et Diodorus XIV. 79.

Fr. 219. Nisi Athenaeus in superioribus testatus fuisset ita scripsisse Theopompum libro quadragesimo Philippicorum, fragmentum hoc propter eius argumentum retulissem ad librum de expilato Delphorum templo. — Gyges Lydus, post Midam Phrygiae regem, omnium barbarorum primus donaria Delphis dicavit, aurumque et argentum ab illo dicatum a donatoris nomine Γυγάδας vocarunt. Herod. I. 14. Postea Alyattes Del-

Delphos misit *κρατῆρα ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήριον κολλητὸν θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων.* Idem I. 25. Croesus ingentibus divitiis oraculum ornavit. Id. I. 50. Idem fecit Hiero Syracusanus Theopompo teste. De *ἀπέφθου χρυσοῦ*, ex quo tripodem et Victoriam consacraret Hiero vid. Schweigh. ad Herod. l. c.

LIBER XLII.

Fr. 220. Suspicor unam quatuor insularum significari, quae iacent ante Erythras, de quibus ita Strabo XIV. p. 953: *αἱ Ἐρυθραὶ, πόλις Ἰωνικὴ, λιμένα ἔχουσα, καὶ νησῖδας προκειμένας τέτταρας, Ἵππους καλουμένας.* Ut, si lectio apud Stephanum sollicitanda sit, potius cum Pinedo legerem *Ἐρυθρῶν*, quam cum Vossio ad Melam I. 17. *Ἐρυθραίας.*

LIBER XLIII.

Fr. 221. Stephanus v. *Ἰψίκουροι* eundem hunc locum at mutilatum exhibet, citato Theopompo in hoc libro; ab eo tamen hi populi vocantur *Ἰψίκουροι* et *Ἀρβάζανοι.* Quo vero hic locus pertineat, difficile est divinare, cum harum gentium nullam alibi mentionem invenerim.

Fr. 222. Immoderatam Tyrrhenorum vivendi rationem tetigerunt Alcimus apud Athenaeum XII. p. 520 B. et Strabo V. p. 371. De varia scriptura adeundus Schweigh., qui in postrema parte utriusque Codicis auctoritate restituit: *παρὰ Σαυνιτῶν*; paulo antea pro *πολλοὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τὴν Ἰταλίαν*, malim *κατὰ τὴν Ἰταλίαν.*

Fr. 226. Haud scio an haec eadem sit urbs atque *Ἐλευθεραὶ*, cuius meminerunt Strabo IX. p. 631. Diodorus III. 65. IV. 2. et Stephanus. Illam certe nusquam reperi.

Fr.

Fr. 227. Plura quae sequuntur apud Strabonem, non ausus sum tanquam germana Theopompea in textum recipere, quum multa, partim ex aliis, ut Thucydide et Ephoro, veluti quae de Argo Amphilochico ibi leguntur, partim ab ipso Strabone, ut videtur, profecta, veluti de coloniis in Epiro, duce praesertim Caesare, conditis, inserta sunt. Quamquam non dubito quin Strabo in Epiroticis gentibus recensendis Theopompo prae caeteris duce usus sit. Certe quae paulo post leguntur: ἐγγὺς δὲ τῆς Κιχύρου πολίχνιον Βουχαίτιον Κασσωπαίων, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὄν· καὶ Ἐλάτρια καὶ Πανδοσία καὶ Βάθιαι ἐν μεσογαίᾳ, non aliunde arcessita sunt. Nam eadem ex libro quadragesimo tertio Theopompi excitavit Harpocration, in fragmento sequenti; ex quo loco intellexi tum fragmentum, in quo nunc versamur, tum caetera ad Epirum pertinentia, ex hoc libro desumta esse. — Verba Theopompi in hoc fragmento de Molossis: οἱ διὰ τὴν συγγένειαν τῶν βασιλέων ἐπιπλέον ηὐξήθησαν, item expresserat Trogus. Nam Iustinus XVII. 3. de Pyrrho: *opesque affinitatum auxilio magnas paravit.* Quamquam hic lapsus est, Molossos ante Chaones in Epiro regnasse tradens. Nam qui ante Pyrrhum regnarunt Chaones fuerunt, tum successerunt Molossi, etiam Acacidae dicti; nam descenderant ab Aeaco, et diu etiam post regnum tenuerunt Epiri. Alexander enim Magnus ab Aeaco genus duxit, vide fragm. 232. et Alexandri, regis Molossorum, Olympiadis fratris filius Aeacides vocatur a Iustino ibid. — Quatuordecim Epiroticae gentes, ut efficio e Strabone, fuere opinor sequentes: Chaones, Molossi, Thesproti, Cassopaçi, qui tamen et ipsi Thesproti erant, Ambracii, Acarnanes, Amphilochi, Athamanes, Aethices, Tymphaei, Orestae, Paroraei, Atintanes, et Illyricae gentes nonnullae Epiroticis admixtae.

Fr.

Fr. 228. Ad eundem locum respexisse Strabonem ad praecedens fragmentum monui. Ἐλατεία sine ρ est apud Demosthenem in Ctesiph., quamquam in nonnullis Codicibus, quos vidit Harpocration, per ρ scribitur, et utroque modo ab aliis vocatur; vid. Stephanum h. v. Hoc tamen praetulit Harpocration. Diodorus XVI. 84, de hac urbe a Philippo occupata agens, eam Ἐλάτειαν vocat. Suspicor autem eandem hanc rem hoc libro retulisse Theopompum, et ea occasione de Epiroticis originibus gentibusque latius exposuisse. Quod vero Demosthenes et Theopompus eumque secutus Strabo urbem in Cassopia, Stephanus vero in Thesprotia collocat, inde derivandum est, quod, teste Strabone l. c., Cassopaei ipsi Thesproti erant. Pro Βούχεταν melius Βούχετα neutro plurali scribitur; dicta erat, διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖσε, ut e Philostephani Epiroticis docet Harpocrat. h. v. Sic enim ibi nomen legendum, non Philochorus. Cf. Maussac. ad h. l.; Strabo l. c. Βουχαίτιον et Βάτιαι; Pandosiam Epiri Plinius IV. 1. non *urbem* sed *locum* facit.

Fr. 229. Nomen Ἐργάνη, quantum scio, non occurrit; Ἐριγῶν vero, cuius clara vestigia exstant in utroque Codice, quo usus est Schweighaeuserus, fluvius erat Epiri, qui plures amnes ex Illyricis montibus, Lyncestide, Brygis, Deuriopis et aliunde effluentes recipiebat, teste Strabone VII. p. 504. *Lyncestis* autem *aqua, quae vocatur, acidula vini modo temulentos facit*, ut ait Plinius H. N. II. 102, ad hunc locum Theopompi respiciens, ut patet ex iis, quae scripsit XXXI. 2. *Theopompus ait inebriari fontibus iis, quos diximus.* Eundem locum excitavit Antigon. Car. c. 180. Ἐν δὲ Λυκήταις, Θεόπομπον φάσκειν, τι εἶναι ὕδωρ ὀξύ· τοὺς δὲ ἐκ τούτου πίνοντας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν οἴνων, ἀλλοιοῦσθαι; ubi tamen legendum Λυγκησταῖς,


στχῖς, ut e citatis locis satis constat. Cf. Sotion Excerpt. de flum. et font. p. 140. et Meursius ad Antig. l. c. Igitur haec aqua non procul erat ab Erigone, quamobrem pro παρὰ τὸν ποταμὸν Schweighaeuserus legit περὶ τ. ποτ., παρὰ tamen cum accusativo non minus significat *prope*, *iuxta*, *circa*.

Fr. 230. Eadem retulit Solinus Polyh. c. 7. p. 22. citato Theopompo: *Tertius*, inquit, *Europae sinus incipit a Cerauniis montibus, desinit in Hellespontum. In eo apud Molossos, ubi Dodonaei Iovis templum, Tomarus mons est, circa radices nobilis centum fontibus, ut Theopompo placet.* Tomarus sive Tmarus mons erat Thesprotiae Epiri, sub quo fanum Dodonae. Strabo VII. p. 505, ex hoc ipso Theopompi loco, ut videtur. Nonnulli Tomarum eum vocarunt. V. Steph. in v.

Fr. 231. Plinius XXXVII. 7. *Est et Antracitis appellata in Thesprotia fossilis carbonibus similis.* De lectione δυνάμεις legi meretur Nielas ad Antigon. h. l.

Fr. 232 sq. Hoc et sequens fragmentum ad hunc librum retuli, quoniam Iustinus XVII. 3. in ipsis originibus Epiroticis tradendis, easdem res commemorat. Hunc autem locum Iustini e Theopompo profectum esse et supra iam subindicavi, et fabulosa historia interitus Alexandri, Theopompi ingenium mirifice prodens, quodammodo nos credere iubet. Itaque si probabiliter coniecimus hoc libro Theopompum de Epiro egisse, consequens est ut haec fragmenta ad eundem referamus. — Descenderat Alexander a Pyrrho secundum Pausaniam I. 11. sequenti ordine:

Achil-



Iustinus tamen patrem Neoptolemi Arrybam facit, quem Pausanias fratrem eius vocat, modo Iustini Arrybas idem sit atque Arymbas Pausaniae, ut equidem existimo, non vero idem ac huius Tharypus, ut autumat Bongarsius ad Iustin. l. c. Ulpianus vero in Demosth. Olynth. I. p. 5. cum Pausania Arymbam fratrem Neoptolemi facit, ubi dicitur 'Ολυμπιάδος τῆς τοῦ Φιλίππου γυναικὸς θεῖος. Qua autem ratione Achilles ab Aeaco descenderit perspicue apparet ex Saxii Tabul. Geneal. n. 7. Helenum vero a Dardano originem repetivisse satis constat, descenderat enim ab eo recta, quam vocant Icti, linea, in sexto antem gradu. Veruntamen quo modo Olympias ab Heleno descenderit nondum exputo, cum ei nulla necessitudo alia cum Heleno intercesserit, quam quod Andromache, uxor primum Pyrrhi, et mater Pieli, e quo maiores Olympiadis descenderunt, postea Heleno nu-

pta fuit, tradentibus cum Iustino, tum Pausania. — Πόρκανδρος, qui hic cum Theopompo citatur, mihi quidem suspectus; nomen corruptum puto e Πείσανδρος, qui saepe citatur et mythologica scripsisse videtur, et ad veterum heroum genealogias spectantia. Unde Schol. ad Apoll. Rh. I. 151. eum cum Pherecyde iungit, ac scripsisse narrat, Idae matrem fuisse Polydoram. Müllerus tamen ad Tzetzen, etsi, coniiciens idem, de Pyrandro cogitat, qui Πελοποννησιακὰ conscripsit, quorum librum quartum citat Plutarchus Paral. min. c. 37. Tom. VII. p. 250. ed. Reisk.

Fr. 233. Eodem ordine, quo hoc fragmentum inter caetera collocavimus, Iustinus hanc rem commemorat XVII. 3, eo tamen brevius, quo accuratius antea XII. 2. rem tradiderat; quem locum, praesertim quod e Theopompo haustum existimo, hic operae pretium duco apponere: *Porro Alexander, rex Epiri, in Italiam a Tarentinis, auxilia adversus Bruttios deprecantibus, sollicitatus, ita cupide profectus fuerat, veluti in divisione orbis terrarum, Alexandro Olympiadis sororis suae filio Oriens, sibi Occidens sorte contigisset; non minorem rerum materiam in Italia, Africa, Sicilia, quam ille in Asia et in Persis habiturus. Huc accedebat, quod, sicut Alexandro Magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic responsum Dodonaei Iovis circa urbem Pandosiam amnemque Acherusium praedixerat. Quae utraque cum in Epiro essent, ignarus eadem et in Italia esse, ad declinanda fatorum pericula peregrinam militiam cupidius elegerat. Igitur, cum in Italiam venisset, primum illi bellum cum Appulis fuit: quorum cognito urbis fato, brevi post tempore, pacem et amicitiam cum rege eorum fecit. Erat namque tunc*

tunc temporis urbs Appulis Brundusium, quam Aetoli, sequuti dudum fama rerum in Troia gestarum clarissimum ac nobilissimum ducem Diomedem, condiderant; sed pulsi ab Appulis, consulentes oracula, responsum acceperant, locum, quem repetissent, perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa, per legatos cum belli comminatione, restitui sibi ab Appulis urbem postulaverant. Sed ubi Appulis oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe sepelierant [sepelierunt?], *perpetuam ibi sedem habituros. Atque ita defuncti responso, diu urbem possiderunt. Quod factum cum cognovisset Alexander, antiquitatis fata veneratus bello Appulorum abstinuit. Gessit et cum Bruttiis Lucanisque bellum multasque urbes cepit; tum et cum Metapontinis et Pediculis et Romanis foedus amicitiamque fecit. Sed Bruttii Lucanique cum auxilia a finitimis contraxissent, acrius bellum repetivere. Ibi rex iuxta urbem Pandosiam et flumen Acheronta, non prius fatalis loci cognito nomine, quam occideret, interficitur; moriensque non in patria fuisse sibi periculosam mortem, propter quam patriam fugerat, intellexit. Corpus eius Thurii publice redemtum sepulturae tradiderunt.* Hanc rem post Theopompum, eum fortasse secuti, plures memorarunt, ut Livius VIII. 24. Strabo VI. p. 393. et Stephanus v. Πανδοσία. Qui oraculi effatum hoc attulerunt:

Πανδοσία τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσεις.

Casaubonus tamen ad Strabon. h. l. et Modius ad Iustinum alia verba, rei aptiora, haud tamen scio unde, adduxerunt:

Ἀιακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ
Πανδοσίαν θ' ὅτι τοὶ θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

Horum autem omnium scriptorum consensus *Pandosiam* apud Plinium veram esse lectionem confirmat,

 et-

etsi MSS. omnes librique vulgati ante Hermolaum Barbarum *Mardoniam* constantissime retinuerint, pro quo is *Pandosiam* rescripsit. Cf. Harduinus ad h. l.

LIBER XLIV.

Fr. 234. Aleuas unus ex Herculis posteris, Pyrrhi filius, Thessalorum rex, Thessaliam in quatuor partes diviserat. Aristoteles apud Harpocrat. h. l. Harum regionum nomina recenset Hellanicus apud eundem: Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἑσταιῶτιν. Vid. quos citat Sturzius ad Hellan. p. 79. Aleuadae, ex regia stirpe prognati, nobilissima etiam postea Larissae erant familia et Thessaliae regnum tenuerunt, vid. ad fragm. 56. Horum vero tyrannidis pertaesi Thessali ad Philippum sese applicuerunt; quo factum, ut, Aleuadae, qui ipsi aliquando Philippi auxilium ad debellandos tyrannos invocarant, ab hoc tyrannide expellerentur. Huc pertinent Ulpiani verba in Demosth. Olynth. I. p. 8. Ἀλεύας ἀπόγονός τις τοῦ Ἡρακλέους Θετταλὸς, ἐτυράννησε Θετταλῶν· εἶτα καὶ οἱ τούτου παῖδες· μὴ φέροντες οὖν τὴν τυραννίδα οἱ Θετταλοὶ, καὶ ἀποροῦντες τί δεῖ ποιεῖν, μετεπέμψαντο εἰς συμμαχίαν τὸν Φίλιππον· εἶτα ἐλθὼν ἐκεῖνος, ἐξέβαλε τοὺς Ἀλευάδας ἐκ τῆς τυραννίδος. Philippus rerum Thessaliae potitus item τετραρχίας constituit sive potius confirmavit, et cuique τετράδι praefecit ἄρχοντα, ut Theopompus testatur, ex quo lucem accipit Demosthenes Phil. III. p. 68: Οὐχὶ τὰς πόλεις καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν παρῄρηται, καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ' αὐτοῖς, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσιν. Ad quem locum Harpocratio respexisse videtur. Demosthenem secutus est Aristides Rhetor Tom. II. p. 229, ubi Philippus dicitur Thessaliam φρουραῖς καὶ τετραδαρχίαις κατειληφώς. Male adeo Demosthenes alibi δεκαδαρχίας apud Thessalos Philippum constituisse dixit,

xit, monente Harpocratione v. δεκαδαρχία. Caeterum Diodorus XVI. 38. has res innuisse videtur de Philippo scribens: τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν Θετταλίαν καταστήσας, Ol. CVII. 1. Nam superiori anno Philippus Thessaliam subegerat, Onomarcho, qui ad Thessalorum auxilium venerat, in fugam acto, eodem teste c. 35. Haud tamen ita multo post, Pheras Thessaliam, quam Pitholaus in suam iterum potestatem redegerat, denuo recepit. Id. ib. c. 52, nisi forte haec imprudenter a Diodoro repetita sint. Cf. Wesseling. ad h. l.

Fr. 235. Thrasydaeus hic idem est quem cum aliis a Philippo Thebas missum ex Marsya refert Plutarchus Demosth. c. 18. Oper. I. p. 854, ubi tamen pro Δάοχον δὲ καὶ Θεσσαλὸν καὶ Θρασυδαῖον in margine Lambini optime legitur Δάοχον δὲ καὶ Θρασυδαῖον Θεσσαλοὺς, quod, receptum a Wolfio, probavit Wyttenbachius et cum ex hoc Theopompi loco satis se tuetur, tum ex Demosthene Or. pro Coron. p. 188, ubi iidem Thessaliae proditores una cum Cinea, de quo etiam Theopompus libr. I, memorantur. Bryanus vero et Solanus Θρασυδαῖον Ἠλεῖον correxerunt. Dubito an bene Nam hic eunuchus erat, de quo Theopompus libr. XII. Phil. apud Photium Cod. CLXXVI, cum Thessalo haud confundendus. Thrasydaeus fortasse uni quatuor partium Thessaliae, de quibus superiori fragmento, a Philippo praepositus fuerit. Quae sequuntur de Arcadione, haud certo scio num Theopompi an Duridis Samii sint, quodsi illius, num hoc ipso libro ita retulerit Theopompus.

LIBER XLV.

Fr. 236. Cf. Aelianus V. H. II. 41.

Fr. 238. τὰ δ' αὐτοῦ, quod in postrema editione recepit Casaubonus, pro quo in superioribus edd.

τὰ δ' αὐτοῦ, unice verum videtur; ad sequentia: καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις haec annotavit idem vir magnus: *Ambigua sunt quae sequuntur*, καὶ τ. ἰδ. τοῖς δικ. *Potest ita accipi, pecuniae partem Athenis relictam ab Imperatore Charete, ut partim demagogis ea divideretur;* partim privatis, si quis litibus torqueretur, aut iudicio condemnatus iudicatum solvere non posset. *Ita omnes Athenienses sibi conciliabat Chares. Vel accipe quasi esset scriptum:* τοῖς δικαζομένοις αὐτῷ; si quis privatorum absenti litem intenderet. Illa sententia potior visa est Schweighaeusero, hanc tuentibus interpretibus Latino et Gallico. Mihi prior sententia praeplacet; nam significare voluisse videtur Theopompus, Charetem divitiis sic usum esse, ut partim eas ad luxum ipse suum adhiberet, partim ad animos civium sibi conciliandos, tum demagogorum, quibus pecuniam distribuit, tum privatorum, quibus reliquit, unde iudicatum solverent. — Suspicor hoc libro Theopompum egisse de expeditione Atheniensium adversus Philippum; eaque occasione de Charetis moribus et indole exposuisse. Hoc enim in bello Charetem cum Lysicle exercitui praefecerunt Athenienses. Diod. Sic. XVI. 85. In quam sententiam etiam ductus sum, quoniam in duobus praecedentibus fragmentis de Boeotia egit. In hanc autem regionem exercitus Atheniensis, omnibus ad militiam comparatis, expeditionem statim suscepit, celerique itinere Chaeroneam Boeotiae pervenit; ipsi autem Boeotii in eodem bello Atheniensibus se adiunxerunt, persuadente magno oratore Demosthene. Atque ob has item caussas, si quidem nostra coniectura valeat, et sequens fragmentum, in quo de legatione Demosthenis ad Boeotios, hic collocandum putavi, etsi plura fragmenta ad Demosthenem pertinentia ad librum de demagogis retu-

tulerim, et caetera fragmenta Theopompea, in quibus urbes ant regiones Boeotiae memorantur.

Fr. 239. Pertinet hoc fragmentum, ut statim monui, ad legationem, quam in concilio Atheniensium, nemine quid consilii praebente, ne ulterius Philippus progrederetur, in summa adeo rerum perplexitate, ad Boeotios mittendam nnus Demosthenes suasit, ipseque cum aliis obivit. Decretum hac occasione conditnm exstat in Demosth. Or. pro Corona p. 170 seq. Eo autem successu apud Boeotios verba fecit, ut, qnemadmodum Theopompus testatur, eius dicendi *δύναμις ἐκριπίζουσα τὸν θυμὸν αὐτῶν, καὶ διακαίουσα τὴν φιλοτιμίαν, ἐπεσκότησε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν.* Quamvis inter legatos a Philippo missos Python fuerit, celeberrimus Orator, adversus quem se disputasse magnifice ipse Demosthenes gloriabatur in Orat. pro Corona p. 162. *τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι, θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν, οὐκ εἶξα, οὐδ' ὑπεχώρησα ἀλλ' ἀναστὰς ἀντεῖπον.* Cf. Diod. Sic. XVI. 85. ibique Wessel. Plut. Demosth. c. 9. p. 849. Quo factum est ut Boeotii, etsi recentium malorum memores, obque id ad Philippi partes sequendas propensiores, Atheniensium societatem amplecterentur. — In hoc loco in verbis *τοὺς Βοιωτ.*, *καὶ διοικ.*, particula *καὶ*, praecedente commate, ut in Tauchn. editione legitur, retinui; vulgo perperam omittitur. Vidit hoc Wyttenbachius, qui *διοικεῖσθαί τε* legendum monet; Lambinns et Wolfins pro *τε* habent *δέ*.

Fr. 240. Copaïs lacus est Boeotiae, in quo, narrante Scholiaste Aristoph. Pac., citato a Maussaco ad h. l., immanes anguillae nascebantur. Ephorns apud Stephanum h. v. montem memorat eumque in Alalcomenia collocat, item Pindarus apud Strabon. IX. 630. ibique Casaub., aliique laudati a Marxio ad Ephorum p. 179.

Fr. 241. Nobilitata in primis est haec urbs cultu et templo Apollinis, quod prope eam erat; de quo Herodotus VIII. 135, iam eodem consilio cum Strabone IX. p. 633. et Pausania IX. 23. laudatus a Marxio ad Ephorum l. c.

Fr. 242. Putat Pinedo ad h. l. eosdem esse quos Stephanus supra Γλῆτας vocarat, Ibericam gentem post Cynetas ex Herodori libro decimo, et quos Strabo III. p. 252. Ἰγλῆτας appellat; in hoc ei suffragatur Casaubonus, qui apud Strabonem ex citato Stephani loco legit Γλῆτας. Lusitano non repugno, siquidem confusione literarum T et Γ nihil est frequentius. Utcunque tamen sit, pro τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ apud Stephanum legendum puto τεσσ. τρίτῳ. Nam gentis Ibericae mentio in libro quadragesimo quinto vix usu venire potuit, in quadragesimo vero tertio de populis Ibericis circa Tartessios habitantibus egit Theopompus. Quamquam hoc fragmentum hic retinere religio mihi fuit, propter Codd. et Edd. consensum.

LIBER XLVI.

Fr. 243. Κιρνᾶσι, quod in utroque Codice legit Schweigh., recepi. Nulla igitur erat caussa cur ab editoribus in κιρνῶσι mutaretur. Vid. Schweigh. ad h. l.

Fr. 244. Idcirco tamen eos ne ignaviae et mollitici deditos putes. Θρηΐκων ἀνδρειότατοι καὶ δικαιότατοι vocantur ab Herodoto IV. 93. Eundem morem et aliae gentes usurparunt. Alyattes Lydorum rex adversus Milesios ἐστρατεύετο ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ γυναικηΐου τε καὶ ἀνδρηΐου, teste Herodoto I. 17. Cretenses, et horum, ut videtur, exemplum secuti Lacedaemonii tibiam et rhythmum ad bella adhibuerunt, ut refert Polybius IV. 20. 16. cf. Athenaeus h. l. et XII. p. 517 A.

LI-

LIBER XLVII.

Fr. 245. Urbem Agassum vocat Livius XLIV. 7, qui tamen eam Macedoniae facit. Sed Thracia et Macedonia saepe a scriptoribus confunduntur.

Fr. 246. Vide notata ad fragm. 122.

LIBER XLVIII.

Fr. 248. Habitabant inter Aemum et Pontum, docente Strabone VII. p. 490, qui eos Danthaelitas vocat, eosque latrociniis admodum deditos fuisse refert. Memorantur a Ptolemaeo, Livio et Plinio, qui H. N. IV. 11. Denseletas eos appellat, citatis a Pinedo ad h. l.

LIBER XLIX.

Fr. 249. Hunc locum ita constitui partim ex Athenaeo partim ex Polybio, quamquam nonnulla apud alterum obvia, apud alterum desiderantur. Nam caret Polybius cum principio huius loci, tum postea *εἰ δὲ μὴ — παραπλησίως* et: *πρὸς δὲ τούτοις — χώραν κεκτημένους*: postrema vero *ἁπλῶς δὲ — οὐδ' ὁποίους* desunt apud Athenaeum. In singulis item aliquantum discrepant; praecipuam varietatem notabo, addita brevi animadversione. Ad verba *στρατιώτης γὰρ ὢν, καὶ λογίζεσθαι* « *Forte delenda καὶ particula, nisi quis ὢν in ἦν mutare voluerit.*" CORAY. Deletam item maluit Schweigh., quamquam eam posse ferri putans, hoc sensu: *etiam non poterat* i. e. *ne poterat quidem.* Utrique adsentior; sensus est: *nam bellis implicitus, ob eorum negotia redituum et expensorum ne rationes quidem reddere poterat.* Λάσταυρος ἢ βδελυρός.] De illa voce vide Casaub. et Schweigh. ad Athen. I. p. 9 C, hanc omisit Polybius, paulo tamen post occurrit βδελυρία. — Οὗτοι σχεδὸν ἅπαντες κ. τ. λ.] Polyb.: οὗτοι πάντες εἰς Μακεδονίαν ἀθροιζόμενοι πρὸς Φίλιππον ἑταῖ-

ροι.

ροι τοῦ βασιλέως προσηγορεύοντο, eodem sensu. Theopompi haec et quae sequuntur verba respexisse videtur Diodorus XVI. 54. ἐγκατασκευάζων οὖν ἐν ταῖς πόλεσι προδότας διὰ τῆς δωροδοκίας καὶ τοὺς δεχομένους τὸ χρυσίον ξένους καὶ φίλους ὀνομάζων, ταῖς πονηραῖς ὁμιλίαις διέφθειρε τὰ ἤθη τῶν ἀνθρώπων. Cf. Demosth. Olynth. II. p. 15. Τὰ μὲν γὰρ οἱ πόλεμοι] Ob deficiens τὰ δὲ aliud membrum orationis apud Theopompum ab his verbis incipiens ab Athenaeo omissum censet Schweigh. Praefero tamen Villebrunii coniecturam, pro καὶ αἱ πολυτέλειαι legentis: τὰ δ' αἱ πολυτ., ut haberet, quo τὰ μὲν responderet. Καθόλου γὰρ ὁ, quae in Athenaeo deficiunt e Polybio praeposui. Mox apud hunc τοῖς ἤθεσι legitur pro τὰ ἤθη; post τῶν ἰδίων adiicitur βίων. Pro ζῶντας ἐν κύβοις καὶ πότοις ἐπαινῶν ἐτίμα, Polybius: ζῶντας ἐν μέθαις καὶ κύβοις ἐτίμα καὶ προῆγεν, ut auctor noster l. XXI. fr. 146: τοὺς ἀποβάλλοντας τὰς οὐσίας εἰς μέθας καὶ κύβους; libro vero quarto fragm. 54. utitur: ἐν κύβοις καὶ πότοις. Pro τοιαῦτ' ἔχειν, quod obsecutus Schweighaeuseri utrique Cod. MS. recepi prae τοιαῦτα ἔχειν, ut editi, Polybius ταῦτ' ἔχειν; pro ξυρούμενοι, ξυρόμενοι; pro ἑτέροις παρεῖχον exhibet ἑτ. παρείχοντο, melius. Mox pro ὅθεν — οὐχ ἑταίρους ἀλλὰ ἑταίρας ὑπέλαβεν, Polybius, perperam omissis ἀλλ' ἑταίρας, exhibet ὑπελάμβανεν εἶναι, quae, sensu magis absoluto, Demetrius Phalereus de Elocut. sic retulit: ἐκαλοῦντο μὲν ἑταῖροι, ἦσαν δὲ ἑταῖραι: et tum haec, tum quae proxime sequuntur: ἀνδροφόνοι γὰρ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδρόπορνοι τὸν τρόπον ἦσαν, inter elumbis et fractae orationis exempla protulit. Adamavit Theopompus eiusmodi ἀντιθέσεις; statim praecesserat: τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν ἢ δεινῶν αὐτοῖς οὐ προσῆν, ἢ τί τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων οὐκ ἀπῆν, et mox, καὶ τῶν μὲν ὑπαρχόντων ἠμέλουν, τῶν δὲ ἀπόντων ἐπεθύμουν. Pro χαμαιτύπας, Polyb. χαμαιτύπους, — ἐν τῷ σεμνοτάτῳ retineo, etiam damnante magno Casau-

bo-

bono, nam consentiunt libri omnes, neque a Graecitate abhorret. Vid. Schweigh. ad h. l. — Ut tandem insolentiam Philippi comitum et sodalium indicaret, comparat eos Theopompus cum Centauris, id fortasse innnens, quod hi, occasione nuptiarum Perithoi cum Hippodamia, vino repleti foeminis, quae convivio intererant, per vim stuprum inferre volnerunt. Diod. Sic. IV. 70; et cum Laestrygonibus, quos ἀξένους vocat Strabo I. p. 38, duce Homero Od. XXIII. 518 seq.

> ἠδ' ὡς Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην ἀφίκανεν,
> οἳ νῆάς τ' ὄλεσαν καὶ ἐϋκνήμιδας ἑταίρους
> πάντας.

De iisdem vide Thucyd. VI. 2. et Hesychium in v. His ita a Theopompo disputatis, strenuum vindicem Philippus in Polybio nactus est, qui eius et sodalium virtutes tantopere extulit, ut cuique verendum esse censeat, non solum ne mollitiem aut ignaviam iis affingat, sed, ut, laudare eos aggressus, eorum vim, industriam, omnino eorum virtutes verbis assequi possit; siquidem constat eorum industria et audacia regnum Macedonicum a tenuissimis ortum initiis amplissimum et celeberrimum evasisse; comitesque Philippi animi magnitudine, temperantia et audacia prorsus regia exstitisse. Quocirca animadvertit Polybius falsa quaeque et mendacia, quin pugnantia Theopompum retulisse, qui, cum initio operis ea maxime caussa ad scribendum se adductum dixerit, quod Philippo parem virum nunquam Europa protulisset, continuo et in ipso prooemio et per totam historiam acerbissime eum traduxerit, maledicendi studio omni ratione destituto. Fuit procul dubio Philippus insignis Imperator, qui, qua aliquando potentia Macedonia usa est, quam postea retinuit et aluit filius Alexander, eam ipsi comparaverat; bellica virtute et prudentia immo patientia sui

sui saeculi facile princeps, quem etiam posteriora saecula suspexerunt, admirata, venerata sunt. Atque has virtutes spectavit Theopompus. Neque profecto commisisse putandus est, ut egregia eius gesta reticeret, et id tantum spectaret ut pravos eius mores reprehenderet; verum, quotiescunque occasio offerretur, cum haec tum illa diligenter memoriae prodidisse. At, quamquam Philippus non ab omni genere virtutis abhorret, cum tamen a sui vitiis saeculi non omnino purus esset, cum intemperantiae et voluptati nimis, quam regem in primis deceret, indulgeret, cum pudorem et castitatem nonnunquam minus servaret, fidem et iustitiam aliquoties violaret; haec vitia, iure quodam suo Theopompus exagitavit, qui cum Philippi aequalis esset, ei adeo magis credimus quam Polybio aliisque, qui saeculis post floruerunt. Neque profecto, si Theopompus, eximiis Philippi rebus gestis praeteritis, aut ieiune admodum commemoratis, perditos eius mores tantum et ultra modum exagitavisset, existimandum est, defuturos fuisse, qui eum calumniae reum agerent. Nam Philippus, etsi plures inimicos et osores habuit, suis tamen amicis et admiratoribus non erat destitutus, qui eius caussam strenue tuerentur. Quodsi in fragmentis, quae hodie Theopompi circumferuntur plura insint ad mores Philippi, quam ad eius magnifica gesta pertinentia, id lectoribus magis et excerptoribus Theopompi tribuas, qui avide maledicta quaeque, ut aiunt, excerpserunt, caetera dimiserunt, quam ipsi Theopompo. Haud enim dubitandum quin, si integrum Philippicorum opus Theopompi hodie superesset, de eius circa Philippum iudicio, deque eius scribendi genere universe, maiore multo cum favore statueremus.

LI.

LIBER L.

Fr. 252. Pro πορευομένας Casaubonus suasit ἐμπορευομένας, Schweigh. πορνευομένας, de quo monuit Corayus in notis MSStis apud eundem ad h. l. Utrumque huic loco aptius quam vulgare. Schweighaeuseri tamen coniecturam praeoptarem, utpote ad vulgare propius accedentem. Eiusdem tamen emendatio post γυναῖκας particulam καὶ adiicientis haud necessaria videtur, nam commode satis sententia procedit, etiam absente particula, hoc modo: *Cleomenes tyrannus lenarum ingenuas mulieres producere solitarum tres quatuorve, quae prae caeteris scortabantur, saccis indutas in maris profundum deiicere, quosdam iussit.*

Fr. 254. Eadem habet Suidas in v. — Σκίρον locus Atticae, ut Stephanus v. Σκίρος, nomen invenit a sacerdote Scyro, qui, Eleusiniis adversus Erechthea belligerantibus, Dodona venit, inque Phalero antiquum Minervae templum condidit et a se Scyrum appellavit, unde Minerva Σκιράς cognominata, ut in Etymol. M. loco mox citando, Pausan. Att. c. 36. Postea vero genus hominum aleae deditum eaque vitam conterens eo convenire solebat, unde aleator σκιραφὴς vocabatur a σκίρον et ἅπτεσθαι, quasi dicas *Sciro coniunctus*; dicitur etiam σκειράτης; Hesychius: σκειράται οἱ προύνικοι καὶ κυβευταί, et σκιροφόρος, docente Stephano l. c., ubi tamen σκιροπόρος, credo ἀπὸ τοῦ πορεύεσθαι, maluit Pavius De alea Vet. ad Epigr. Agathiae p. 184 sq., qui docte versatur in harum et sequentium vocum etymologia. A σκιραφὴς, locus, ubi aleatores convenire solebant, σκιράφειον dicebatur sive σκιράφιον, ut Harpocrat. h. l. et Stephanus l. c., atque adeo idem valuit ac κυβευτήριον, ut σκεῖρα idem ac τὰ κυβεῖα, interprete Etymol. M. v. σκεῖρα, qui plures dictionis rationes praebuit, quarum tamen optima haec:

haec: *ὅτι ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερῷ οἱ κυβεύται ἔπαιζον.* Hinc evenit ut de quovis scelesto et improbo facinore haec verba usurparentur. Eustathius ad Odyss. p. 1397. *πάντα τὰ πανουργήματα διὰ τὴν ἐν σκιραφείοις ῥᾳδιουργίαν, σκίραφοι ἐκαλοῦντο.*

LIBER LI.

Fr. 256. Idem efficitur e Demosthene de fals. leg. p. 199. *καὶ ἀπαγγέλλων μετὰ ταῦθ' ἥκων ἐξ Ἀρκαδίας, τοὺς μακροὺς ἐκείνους καὶ καλοὺς λόγους, οὓς ἐν τοῖς μυρίοις ἐν Μεγάλῃ πόλει, πρὸς Ἱερώνυμον, τὸν ὑπὲρ Φιλίππου λέγοντα, ὑπὲρ ὑμῶν ἔφη δεδημηγορηκέναι.* Fuit autem Isocratis discipulus, docente Ulpiano ad h. l. Caeterum de Arcadibus ob odium Lacedaemoniorum Philippi fautoribus vid. ad fragm. 131.

Fr. 257. Harpocrationis verba repetiit, ut solet, Photius in v. A Demosthene in celeberrimo proditorum Graeciae catalogo Or. pro Cor. p. 188. Argivi recensentur Myrtes [*Μύρτης*], Teledamus, Mnaseas. Quamobrem quaerit Harpocration an in alterutro librarii insit peccatum. Eodem vero loco cum Demosthenes multos ex reliqua Graecia memoret, qui Macedonum partibus favebant, quorum etiam nonnullos hic illic nuncupat Theopompus, haud mirum est, eundem in eadem Oratione ex p. 145 exclamasse: *παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως, Φορὰν προδοτῶν καὶ δωροδόκων καὶ Θεοῖς ἐχθρῶν ἀνθρώπων συνέβη γενέσθαι, καὶ τοσαύτην, ὅσην οὐδείς πω πρότερον μέμνηται γεγονυῖαν.* Unde colorem sumsit Diodorus XVI. 54. *Φορά τις προδοτῶν ὑπῆρξε τότε κατὰ τὴν Ἑλλάδα κ. τ. λ.*, ut iam pridem viderunt Wesselingius ad h. l. et Valckenaerius Or. de Phil. Mac. n. 20. Myrtis quidam Argivus memoratur a Theophrasto apud Athenaeum VI. p. 254 D, qui non alius ac noster videtur. Quod vero ibi ei adiungitur nomen *μύστης*, hoc per errorem in-

irrepsisse recte, meo quidem iudicio, putat Schweigh. Nam cum idem Argivus ab his Μύρτις, ab illis Μύρτης, ut a Demosthene, vocatus sit, perperam utraque scriptura coniuncta videtur et ex posteriori corruptum μύστης natum esse.

LIBER LII.

Fr. 258. Hoc alii scriptores reticent. Diodorus Sic. XVI. 24. id unum tradit, Philomelum Phocensium ducem, itinere Spartam suscepto, ad Archidamum se contulisse, ut Phocensium rebus faveret. Hunc vero statim non quidem apertis auxiliis se illis adfuturum, sed clanculum, pecuniis et militibus subministrandis, se cum iis facturum promisisse. In bello tamen hoc sacro unus prae omnibus Archidamus Phocensium rerum fautor fuit et occupandae Delphorum urbis et templi praecipuus auctor. Quae caussa fuit ut male audiret, Diod. Sic. XVI. 63. Caeterum etsi hoc fragmentum ad librum Theopompi, *de direptis pecuniis Delphicis*, videri possit pertinere, hic tamen, ut ex libro quinquagesimo secundo sumtum, collocandum putavi; partim quoniam, quae eodem hoc libro retulit Theopompus Archidamo infausta in Italia evenisse, eorum eius in Delphos favor caussa fuisse credebatur, partim quod haec omnia a Pausania eodem loco tradita sunt; quem ea in re Theopompum secutum esse verosimile est.

Fr. 259. Haud scio an his non assensus fuisset Diodorus XVI. 63, a quo Archidamus dicitur: *ἀνὴρ κατὰ μὲν τὴν στρατηγίαν καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐπαινούμενος*. Profectus est Archidamus in Italiam, Tarentinis cum Lucanis bellum gerentibus suppetias laturus. Tarentini quippe pro necessitudine, quae sibi cum Spartanis intercedebat, erant enim horum coloni, auxilium ab iis rogarant. Diod. Sic. XVI. 62. 63. Strabo VI. p. 429.

 Oc-

Occubuit vero Archidamus in hoc bello eadem et die et hora, qua pugnatum est ad Chaeroneam Ol. CX. 3. Diod. Sic. XVI. 88; ut appareat, Diodorum supra c. 63. eius occasum memorantem sub Ol. CVIII. 3, misso temporum ordine, una serie eorum calamitates executum esse, qui sacrilegii bellique sacri participes fuerant, quemadmodum opportune ad h. l. animadvertit Wesselingius. Quod vero Archidamum sepulturae honore caruisse testatur h. l. Theopompus, eius rei caussa fuisse credebatur, quod Phocensibus studuisset. Pausanias III. 10. *καὶ αὐτοῦ τὸν νεκρὸν ἁμαρτεῖν τάφου, τὸ μήνιμα ἐγένετο ἐμποδὼν τὸ ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος.* — Caeterum non spernendum quod edidit h. l. Schweigh. *συνειθίσθη* pro *συνειστία*, nitens imprimis veterum librorum auctoritate.

Fr. 260. Narrata Archidami expeditione in Italiam, quam maxime is concupiverat, ut suis cupiditatibus satisfieret, eius rei opportunitate usus Theopompus per digressionem in mores Tarentinorum explicandos incidit, Archidami ingenio in primis accommodatos. De Tarentinorum luxu, qui prosperis rebus invaluit, non tacet Clearchus, qui libro quarto *τῶν βίων* apud Athenaeum XII. p. 522 F. testatur eorum voluptatibus, violata potissimum nefandum in modum vicinorum Carbinatum pudicitia, tandem sic indignatum esse Deum, ut, quotquot Tarentinorum id scelus commiserant, eos fulmine percusserit. Strabo VI. p. 429. plures festivitates per annum Tarentinos celebrasse refert, quam dies annus numeret, unde eorum res publica in peius ruerit. — Eorundem intemperantiam supra tetigit Theopompus libro decimo.

LIBER LIII.

Fr. 262. Polybius vero V. p. 359. ed. Casaub. Philippi

lippi post pugnam ad Chaeroneam moderationem sic extulit. *Φίλιππος νικήσας Ἀθηναίους τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, οὐ τοσοῦτον ἤνυσε διὰ τῶν ὅπλων, ὅσον διὰ τῆς ἐπιεικείας καὶ φιλανθρωπίας τῶν τρόπων· τῷ μὲν γὰρ πολέμῳ καὶ τοῖς ὅπλοις αὐτῶν μόνον περιεγένετο ἀντιταξαμένων· τῇ δ' εὐγνωμοσύνῃ καὶ μητριότητι πάντας Ἀθηναίους ἅμα καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἔσχεν ὑποχείριον, οὐκ ἐπιμετρῶν τῷ θυμῷ τοῖς πραττομένοις, ἀλλὰ μέχρι τούτων πολεμῶν καὶ φιλονεικῶν, ἕως τοῦ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς ἀπόδειξιν τῆς αὐτοῦ πραότητος καὶ καλοκαγαθίας. Τοιγαροῦν χωρὶς λύτρων ἀποστείλας τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ κηδεύσας Ἀθηναίων τοὺς τετελευτηκότας, ἔτι δὲ συνθεὶς Ἀντιπάτρῳ τὰ τούτων ὀστᾶ καὶ τῶν ἀπαλλαττομένων τοὺς πλείστους ἀμφιέσας μικρᾷ δαπάνῃ.* In eadem sententia de Philippi continentia e Trogo scripsit Iustinus IX. 4; et Aelianus V. H. VIII. 15. memoriae prodidit, Philippum victoria elatum sic se ipsum in potestate habuisse, ut quemdam e servis iusserit quotidie ipsi acclamare: *Φίλιππε, ἄνθρωπος εἶ.* Tantum vero abest ut haec omnia Theopompo adversari eiusque adeo maledicendi studium arguere statuam, ut potius cum eius traditione optime consentire putem. Nam non statim post reportatam victoriam ita moderatus erat Philippus, sed eum commessabundum et liberius exsultantem coercuit demum Demadis oratio. Quod, non dubito, retulit Theopompus, cum alteram tantum partem loci Theopompei servarit Athenaeus. Nam paene credo locum Diodori XVI. 87, ubi hoc de Demade traditur, ex hoc ipso Theopompi libro profectum esse, quem adeo h. l. apponere operae pretium duco: *Λέγουσι δέ τινες ὅτι καὶ παρὰ τὸν πότον πολὺν ἐμφορησάμενος ἄκρατον, καὶ μετὰ τῶν φίλων τὸν ἐπινίκιον ἄγων κῶμον, διὰ μέσων τῶν αἰχμαλώτων ἐβάδιζεν, ὑβρίζων διὰ λόγων τὰς τῶν ἀκληρούντων δυστυχίας· Δημάδην δὲ τὸν ῥήτορα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ὄντα, χρήσασθαι παῤῥησίᾳ, καὶ λό-*

γον ἀποφθέγξασθαι δυνάμενον ἀναστεῖλαι τὴν τοῦ βασιλέως ἀσέλγειαν. Φασὶ γὰρ εἰπεῖν αὐτὸν, βασιλεῦ, τῆς τύχης σοὶ περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος, αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου; τὸν δὲ Φίλιππον, τῇ τῆς ἐπιπλήξεως εὐστοχίᾳ κινηθέντα, τοσοῦτο μεταβαλεῖν τὴν ὅλην διάθεσιν, ὥστε τοὺς μὲν στεφάνους ἀποῤῥίψαι, τὰ δὲ συνακολουθοῦντα κατὰ τὸν κῶμον σύμβολα τῆς ὕβρεως ἀποτρίψασθαι, τὸν δ' ἄνδρα τὸν χρησάμενον τῇ παῤῥησίᾳ θαυμάσαι, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπολύσαντα πρὸς ἑαυτὸν ἀναλαβεῖν ἐντίμως. Τέλος δ' ὑπὸ τοῦ Δημάδου καθομιληθέντα ταῖς Ἀττικαῖς χάρισι, πάντας ἀπολῦσαι τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων· καθόλου δ' ἀποθέμενον τὴν ἐκ τῆς νίκης ὑπερηφανίαν, πρέσβεις ἀποστεῖλαι πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ συνθέσθαι πρὸς αὐτοὺς φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν· εἰς δὲ τὰς Θήβας φρουρὰν ἐγκαταστήσαντα, συγχωρῆσαι τὴν εἰρήνην τοῖς Βοιωτοῖς. Haud tamen ita multo post Philippus a moderatione et facilitate in devictos abstinuit, quin, qui se ultro tradiderant, et quibuscum pacem et societatem Philippus contraxerat, eosdem omnes in servitutem redegit, ἔκδικα καὶ παράνομα δρῶν, ut scripsit Aelianus V. H. VI. 1, quo cum consentit Pausanias I. 25. τὸ γὰρ ἀτύχημα τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ἦρξε κακοῦ, καὶ οὐχ ἥκιστα δούλους ἐποίησε τοὺς ὑπεριδόντας, καὶ ὅσοι μετὰ Μακεδόνων ἐτάχθησαν. Ut vel ex hoc satis intelligatur quo iure dixerit Iustinus IX. 8, misericordiam in eo et perfidiam pari iure dilectas fuisse. Cf. Pausanias VIII. 7.

Fr. 263. De more in bello caesorum oratione funebri celebrandorum verbo dixi in nota 7. ad meam versionem Thucydidis II. 35 seq. In Biblioth. Litter. Antiq. edita a Iano ten Brink, Vol. II. part. 3.

Fr. 264. Fragmentum e coniectura hîc posui, quoniam credibile est hoc libro, in quo de pugna ad Chaeroneam egit, vicina quaedam loca, inter quae Parapotamii

mii sunt, attigisse Theopompum. Mutilo loco medicinam attulit Palmerius, in primo hiatu legens Δαυλίου, non improbabiliter, quoniam sequentibus: τὸ δὲ Δαύλιον παρατείνειν ἔφη, indicat auctor se huius montis mentionem iam fecisse. In secunda lacuna tentavit: *τῶν ἀνὰ μέσον χωρίων, locorum, qui sunt in medio*; nam scripti Codd. Strabonis habent χωρίων non ὁρίων, vel *τῶν ἀνὰ στενὸν χωρίων, locorum, qui sunt ad angustias*; ut sensus sit: Parapotamios non in ipsis angustiis fuisse, quae duos nominatos montes intercedunt, sed distare ab illis quinque stadiorum spatio. Sed vidit tamen in his non facile certi quid posset statui. Pro ἀπολεῖπον legere monuit vel ἀπολείποντι vel ἀπολείποντα. Hoc malim, ut referatur ad τόπον; vulgare enim nihil habet, ad quod referri possit. Stephanus singulari numero et feminino genere habet Παραποταμία. Herodotus tamen VIII. 33. ut Theopompus Παραποτάμιοι.

LIBER LV.

Fr. 266. De ea sic Pausanias III. 10: Τρίτη δὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθείας ἐκβολὴ κατὰ τὰ δεξιὰ ἐς Καρύας ἄγει, καὶ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος· τὸ γὰρ χωρίον Ἀρτέμιδος καὶ Νυμφῶν ἐστὶν αἱ Κάρυαι, καὶ ἄγαλμα ἕστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος· χοροὺς δὲ ἐνταῦθα αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι κατὰ ἔτος ἱστᾶσι, καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις.

LIBER LVI.

Fr. 269 Alea. Arcadiae urbs non procul a Stymphale, condita credebatur ab Aleo Aphedantis filio. Particeps erat conventus Argolici et nobilis templis Dianae Ephesiae, Minervae Aleae et Neptuni. Pausan. VIII. 23. Aliud fuit templum Tegeae, conditum a rege Aleo, Minervae item dicatum, e Pausania VIII. 4,

4, 9. et 45 seq. satis notum. Unde Minerva Alea cognominata est. Vid. Herodot. I. 66. IX. 70. Templum Strabonis etiam aetate supererat. Vide eum VIII. p. 595.

Fr. 271. Urbem Lycaeam Arcadiae nusquam reperio; montem vero, qui etiam Olympus et Sacer Arcadum vertex, in quo Iupiter natus credebatur et maximo cultu colebatur, de quo Pausanias VIII. 38, nemo ignorat. Igitur non urbem sed montem memorasse Theopompum suspicor, praesertim, quum e sequenti fragmento constet eum de Iovis in hoc monte fano egisse. Fragmentum autem sequens hic collocavi, quoniam ex caeteris fragmentis intelligitur hoc praesertim libro Theopompum de Arcadia exposuisse.

Fr. 272. Idem ex eodem fortasse Theopompi loco plenius retulit Pausanias VIII. 38. Τὸ δὲ ὄρος παρέχεται τὸ Λύκαιον καὶ ἄλλα ἐς θαῦμα, καὶ μάλιστα τόδε· τέμενος ἔστιν ἐν αὐτῷ Λυκαίου Διός. ἔσοδος δὲ οὐκ ἔστιν ἐς αὐτὸ ἀνθρώποις· ὑπεριδόντα δὲ τοῦ νόμου καὶ ἐσελθόντα, ἀνάγκη πᾶσα αὐτὸν ἐνιαυτοῦ πρόσω μὴ βιῶναι· καὶ τάδε ἔτι ἐλέγετο· τὰ ἐντὸς τοῦ τεμένους γενόμενα ὁμοίως πάντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους οὐ παρέχεσθαι σκίαν καὶ διὰ τοῦτο, ἐς τὸ τέμενος θηρίου καταφεύγοντος, οὐκ ἐθέλει οἱ συνεσπίπτειν ὁ κυνηγέτης, ἀλλὰ ὑπομένων ἐκτὸς, καὶ ὁρῶν τὸ θηρίον, οὐδεμίαν ἀπ' αὐτοῦ θεᾶται σκίαν. Hoc vero scripsisse ἀπηλγηκυίας esse ψυχῆς indicat Polybius. Est tamen unum e mirabilibus, cuiusmodi sexcenta apud Theopompum occurrunt.

Fr. 273. At Aegeirusam apud Strabonem frustra quaesivi; Aegeirum vero Lesbi inter Mitylenam et Methymnam memorat XIII. p. 917. et Aegiram Achaiae VIII. p. 592, 593.

LIBER LVII.

Fr. 274. Pausanias III. 20. ἀποτραπομένῳ δὲ ἀπὸ τῆς Φελλίας ἐς δεξιὰν ἡ πρὸς τὸ ὄρος τὸ Ταΰγετόν ἐστιν ὁδός. Ἔστι δὲ ἐν τῷ πεδίῳ Διὸς Μεσσαπέως τέμενος· γενέσθαι δὲ οἱ τὴν ἐπίκλησιν ἀπὸ ἀνδρὸς λέγουσιν ἱερωσαμένου τῷ Θεῷ.

Fr. 275. Saepius hac significatione τὸ στεφανοῦν occurrit. Exempla collegerunt, citato hoc Harpocrationis loco, Wesselingius ad Diod. XIV. 53, ubi eodem sensu venit, et Schweighaeuserus Lexic. Polyb. v. στέφανος et στεφανοῦν.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLARUM FRAGMENTA.

Fr. 276. De Theocrito Chio eiusque cum Theopompo simultatibus plura sciremus, si superstites essent Hermippi liber de Isocratis discipulis, inter quos fuit Theocritus, et Ambryonis περὶ Θεοκρίτου. Nunc pauca tantum eius dicteria servata sunt, in quibus hunc aut illum perstrinxit; veluti unum in Aristotolem, cuius partem idem Ambryon apud Diogenem Laërt. V. p. 116, integrum exhibuit Eusebius P. E. XV. 1:

Ἑρμείου εὐνούχου ἠδ' Εὐβούλου ἅμα δούλου
Σῆμα κενὸν κενόφρων τεῦξεν Ἀριστοτέλης,
Ὃς διὰ τὴν ἀκρατῆ γαστρὸς φύσιν εἵλετο ναίειν
Ἀντ' Ἀκαδημείας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

Alia in alios eius dicteria simul cum hoc memoravit Pflugkius l. c. p. 52. Redundasse quippe videtur Theocriti in Aristotelem invidia ex odio, quo huius discipulum Alexandrum Magnum prosequebatur, quippe apud quem Theocritus cum aliis Chiis male audiebat, et ad quod non parum contulisse videtur Theopompus,

his, in quibus nunc versamur, epistolis. Fertur etiam Theocritus, cum Alexander epistolam ad Chios scripsisset, ut purpuram sibi mitterent, nam velle se familiares omnes purpura stola vestiri, eaque epistola apud Chios recitaretur, exclamasse, cognoscere se verum esse dictum Homericum:

τὸν δ' ἔλε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταίη.

De varia huius loci scriptura adi Schweigh. ad h. l. extremo; pro καὶ τοῦτο omnino legendum est τούτων, monente iam pridem Toupio ad Suidam v. Θεόκριτος.

Fr. 277. Harpalus, cui Babylonis thesauros et vectigalium curam Alexander commiserat, nunquam regem ex India reversurum sperans voluptatibus se et deliciis dediderat. Ad foeminarum stupra et nefarios cum Barbaris concubitus se convertens magnam pecuniae sibi creditae vim prodegit. Famosissimum scortum Pythonicen, Athenis sibi accitum, regiis muneribus affecit, eique post mortem pretiosissimum in Attica monumentum exstruxit, πάντων, ὅποσα Ἕλλησίν ἐστιν ἀρχαῖα, θέας μάλιστα ἄξιον, iudice Pausania I. 37. Postea aliam meretricem, Glycerae nomine, ex Attica sibi arcessivit, cum qua molliter admodum et luxuriose vixit. Quum vero Alexander, ex India reversus, multos satrapes capitis poena multasset, Harpalus, supplicii metu, convasatis quinque millibus talentum argenti et militum sex millibus stipendio conductis, Atticam versus contendit, seque ad populum Atheniensem applicuit. Arcessitus vero Antipatri et Olympiadis litteris, grandi pecuniae summa in Oratores, qui ipsius caussam apud populum agerent, dispartita, evasit, et in Taenarum navigavit. Unde profectus in Cretam a Thimbrone, uno ex amicis, dolo interemtus est. Oratores vero nonnulli, in his Demosthenes, tanquam largitionibus ab Harpalo corrupti, damnati sunt. Strabo XVII. p 1194 C. Sumsi haec e Diodoro XVII. 108, qui,

vi-

vix dubito, Theopompum praesertim secutus est. Quamquam alii eandem rem retulerant, veluti Clitarchus Hist. Alexandri apud Athenaeum XIII. p. 586 C. et Posidonius l. XXII. Hist. aliique multi apud eundem XIII. p. 594 E. Res item nota e Plutarcho Demosth. p. 857. — Assentior vero Schweighaeusero in his Theopompi verbis: ἣν γὰρ πάντες ᾔδεσαν κοινῆς δαπάνης κοινὴν τοῖς βουλομένοις γιγνομένην, etsi voces κοινῆς δαπάνης, si abessent, id sensui nihil obesse, quamobrem Casaubonus id videns eas sustulit, eas tamen facile retineri posse, cum Theopompus eas adiicere potuerit, suo more amplificandae et aggerandae rei caussâ.

Fr. 278. De varia huius loci lectione consulendus Schweigh. ad h. l. Pro ἑστάναι recepi ἱστάναι; Athenaeus XIII. p. 595 D. scripsit ἔστησε; ubi idem hic Theopompi locus, nonnullis additis, quae hic desiderantur, integer sic legitur: Μετὰ δὲ τὴν Πυθιονίκης τελευτὴν ὁ Ἅρπαλος Γλυκέραν μετεπέμψατο, καὶ ταύτην ἑταίραν, ὥς ὁ Θεόπομπος ἱστορεῖ, φάσκων ἀπειρηκέναι τὸν Ἅρπαλον μὴ στεφανοῦν ἑαυτὸν, εἰ μή τις στεφανώσειε καὶ τὴν πόρνην. Ἔστησε τε εἰκόνα χαλκῆν τῆς Γλυκέρας ἐν Ταρσῷ τῆς Συρίας, οὗπερ καὶ σὲ καὶ αὐτὸν ἀνατιθέναι μέλλει· παρέδωκέ τε αὐτῇ κατοικεῖν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῖς ἐν Ταρσῷ, καὶ ὁρᾷ ὑπὸ τοῦ λαοῦ προσκυνουμένην, καὶ βασίλισσαν προσαγορευομένην καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς τιμωμένην, αἷς πρέπον ἦν τὴν σὴν μητέρα καὶ τὴν σοὶ συνοικοῦσαν. Ex hoc vero loco in nostro pro ἐν Ῥωσσῷ legere malim ἐν Ταρσῷ, quam ex nostro in hoc pro priori ἐν Ταρσῷ corrigere ἐν Ῥωσσῷ, quemadmodum fecerunt Casaubonus et Schweigh.; quoniam ex utroque Athenaei loco constat regiam Harpali Tarsi fuisse, ubi credibile est item eius meretricis stationem fuisse. Μέλλει scripsi praeeuntibus Casaubono et Schweighaeusero, vulgare μέλλειν merito spernentibus.

ANIMADVERSIONES IN LIBRI CONTRA PLATONIS SCHOLAM FRAGMENTA.

Fr. 279. Dolendum est Theopompum invidiae, qua Platonem insectabatur, adeo indulsisse, ut non tantum eum, ut sophistarum et rhetorum derisorem traduceret, verum etiam eius scripta, ut inutilia et falsa, tum alia ut surrepta, prorsus contemneret; quae tamen alii e veteribus suspexerunt, nos hodieque admiramur et veneramur. Scatent quippe scripta Platonis, quasi uberrimus fons, optimis praeceptis de rebus et divinis et humanis, inest in iis, nescio quid suavitatis, urbanitatis, festivitatis et leporis, ut cum maxima voluptate summam ex iis utilitatem percipias, nec fieri possit, quin, qui ea legerit, et doctus et melior ab iis recedat. Nec vero Plato has dotes et virtutes aliunde clanculum surreptas in suam ipse laudem adhibuit, nec trita pro novis, aliena pro suis divulgavit. Nam habent eius scripta ἴδιον quid et, ut ita dicam, primitivum, quibus ab aliis mirifice differunt. Eo acerbior igitur habenda est Theopompi criminatio, Platonem multos dialogos ab aliis furatum esse, ab iis praesertim, quibus, ut ferebant nonnulli, ipse plurimum invidisset. Quod ne lateret, inimicitiarum rumores in Aristippum, Antisthenem et Xenophontem in Platonis scriptis cupide collegerunt Diogenes Laërtius et Athenaeus, in iis, quae hunc locum praecedunt, numero permultos, pondere et momento levissimos. Cf. Groen v. Prinsterer Prosopogr. Plat. p. 56. Quamquam ne hoc quidem concesserim, siquidem is et fuerit et merito censeatur Plato, qui pares, si habuerit, certe paucos, superiorem vero neminem habuerit; ut haud ex-

exputem, quid caeteris Socraticis invidisset. — Sed parum attinet hanc rem pluribus persequi, quod fortasse non sit huius loci, cum iniquius quam verius de Platone nonnullos veterum iudicasse iam plures monuerunt, et in his Wyttenbachius Ep. ad Spec. Plat. Heusdii p. 43. et hic Init. Philos. Platon. part. I. p. 138. not.

Fr. 280. Caussa, etsi haud nobilis, perspicitur, cur Antisthenem unum ex omnibus Socraticis laudarit Theopompus: quoniam Antisthenes non minus atque ipse Theopompus, acerrimus Platonis adversarius fuerat. Ut vel ex hoc uno intelligitur, quod Platonem Σάθωνα appellavit, et eodem titulo dialogum quemdam publicavit. Athenaeus V. p. 220 D. XI. p. 507 A. Cf. Diogen. Laërt. III. p. 78 B; de hoc nomine vide Schweigh. ad priorem Athenaei locum.

ANIMADVERSIONES IN LIBRI DE PIETATE FRAGMENTA.

De libro περὶ εὐσέβειας Theopompo vulgo tributo, num huius germanus sit, an vero Theophrasti in commentatione de Theopompi vita et scriptis, satis dixisse mihi videor. Quodsi vero illud non ad liquidum perduxerimus, nisi quatenus hic liber sub Theopompi nomine a veteribus citatus occurrat, sic vicissim neque alii satis praebuisse videntur, unde certo constaret eundem non Theopompi sed Theophrasti esse. Quamobrem satius duxi fragmenta huius libri obvia inter caetera Theopompea referre, iisque subjungere, quae propter eorum argumentum ad eundem pertinuisse videantur.

Fr.

Fr. 282. Eadem ex eodem Theopompi libro commemoravit Tzetzes Chil. XII. vs. 357.

Αἱ κύρβεις ἦσαν δὲ χαλκαὶ, οὐ μέν τι ἀπὸ ξύλων;
Εὗρον δ' αὐτὰς Κορύβαντες, ὅθεν καλοῦνται κύρβεις,
Θεόπομπος ὡς ἔγραψε, τῷ περὶ εὐσεβείας,
Ἢ ὅτι κεκορύφωνται ἄνω τε καὶ πρὸς ὕψος.

Apollodorus dictos ait: διὰ τὸ κεκορυφῶσθαι ἀπὸ τῆς εἰς ὕψος ἀναστάσεως, omneque publicum scriptum et leges κύρβιν vocari testatur. Consuevisse enim veteres stantes lapidibus placita insculpere, easque a statione στήλας appellare. Quod vero sursim essent erectae, hinc κύρβεις dicebantur pro κορύφεις, per syncopen et metathesin litterarum Φ et Β; unde postea ligneae etiam inscriptiones sic vocatae sunt. Vid. Schol. A poll. Rhod. IV. vs. 279.

Fr. 283. Argumentum huius libri eius esse naturae, ut fragmentum hoc e libro περὶ εὐσεβείας petitum videatur, vidit Rhoerius ad h. l. Quamquam pro Theophrasto Theopompum perperam citatum esse a Porphyrio existimavit, qua de re supra disputavi in Commentatione p. 36 sq.

ANIMADVERSIONES IN FRAGMENTA INCERTAE SEDIS.

Fr. 286. Strabo Excerpt. VII. p. 510. Ὅτι πλησίον Ὀλύνθου χωρίον ἐστὶν κοῖλον, καλούμενον κανθαρώλεθρον, ἐκ τοῦ συμβεβηκότος· τὸ γὰρ ζῶον ὁ κάνθαρος πέριξ τῆς χώρας γινόμενος, ἡνίκα ψαύσῃ τοῦ χωρίου ἐκείνου διαφθείρεται. Itaque fere Plinius H. N. IX. 28, et ante eos Aristoteles Mirab. ausc. c. 50. citat. a Meursio ad h. l.

Fr. 288. Κιγχρώψουσιν monstrum verbi merito censuit Meursius, restituitque ἐν Κύχροις ἢ Χρώψιν. Apud Plinium, qui eadem e Theopompo memoravit XXXI. 5.

3. *Cychros*. Cf. Vitruvius VIII. 3. Sotion Exc. de flum. et font. p. 139. ἐν Χρώψι, item e Theopompo. Equidem in omnibus hisce locis malim Κύχρωψι, quod in Χρώψι et Κιγχρώψωσιν facile abiie potuit, et Bentleio Harduinoque ad Plinium placuit.

Fr. 289. Urbem Larissam in confinio Eleae et Dumae a nullo alio memoratam invenio, nisi huc traham Xenophontem, qui Hell. III. p. 491 A. narrat Agidem exercitum adversus Eleos moventem, per Achaiam venisse in Elidem κατὰ Λάρισσαν, ubi tamen in margine Λάρισσον, quasi amnis aut fluvius fuisset. Stephanus varias huius nominis urbes ex hoc ipso, ut videtur, Strabonis loco recensens, Larissam Argivorum arcem vocat. Quodsi tamen eandem innuerit Theopompus ac Xenophon, verosimile est eum eius in eadem re tradenda meminisse, ut hoc fragmentum pertinuerit ad quemdam Hellenicorum librorum. Id tamen incertissimum.

Fr. 290. Pro Μεσόγκιος Palmerius, quemadmodum in sequentibus perpetuo Casaubonus, legendum monuit Μέσσωγις; probabiliter: nam ille mons vicinus Tmolo erat. Non dixerim quo hoc fragmentum pertineat. Posset coniici de Tmolo et de Messogi egisse Theopompum libro XII Phil., ubi de aliis urbibus et locis Asiae minoris, ubique credibile est eum Clarum memorasse, a qua illa loca non multum distant; posset item putari in Hellenicis eum de his egisse, eo loco quo Tralles commemorasse videtur, a quibus illa loca propius absunt. Manet tamen res in obscuro et divinatio difficilis.

Fr. 291. Pertinet fragmentum ad ea, quae leguntur apud Diodorum XV. 62 extr. et seq. Quamquam satis apparet hunc Theopompum secutum non esse. Discrepat etiam in aliis a Plutarcho, quem in tota hac irruptionis Thebanorum in Laconicam narratio-

ne,

ne, Theopompum maxime consuluisse verosimile est: Veluti Diodorus narrat Boeotios cum quinquaginta hominum millibus Laconicam invasisse, tum (c. 65.) eam per quingentos annos populationis expertem fuisse. Plutarchus vero omnem Thebanorum turbam septuaginta millium fuisse testatur in Pelopida p. 290 B. c. 24, quorum quadraginta millia gravis armaturae, caeteros leves et inermes fuisse ibidem indicat; et integra sex saecula praeteriisse, a quo Dorienses Laconicam tenuissent, hostesque in sua regione vidissent. Ab alio uterque principio orsus videtur. Cf. Perizon. ad Aelian. XIII. 42. Wessel. ad Diod. l. l.

Fr. 292. Hac de re nihil memoriae prodiderunt non tantum iuniores, veluti Diodorus, sed ne vetustiores quidem, teste Plutarcho, qui capite sequenti miratur quomodo id, cnm caeteri ignorarent, unus resciverit Theopompus; et continno subinngit, conservatae Spartae omnes uno ore Agesilaum caussam habuisse. Alii vero anctores, eodem Plutarcho teste, de Thebanorum reditu tantum memorarunt, eos Laconia excessisse *χειμώνων γενομένων, καὶ τῶν Ἀρκάδων ἀρξαμένων ἀπιέναι καὶ διαῤῥεῖν ἀτάκτως*; alii contra, postquam, tres integros menses in Laconica immorati, totam fere regionem eos devastasse; a quo non multum discrepat Diodorus XV. 67, cum omnia confecisse Thebanos, inquit, *ἐν ἡμέραις ὀγδοήκοντα καὶ πέντε.* Quod iam pridem suspicatus snm (de font. et auct. C. Nepotis, p. 69), quae hunc locum praecedunt, praesertim de Agesilao, qui, veritus, ne adolescentes quidam, occupato iam ab iis Issario, in quo templum Dianae, res novas molirentur, et ad Thebanos transfugerent, callide eos ab incoeptis revocaverit, quod etiam, etsi paullo aliter, retulit Nepos Agesil. c. 6; ea utrumque eorum e Theopompo petivisse; id etiamnum maxime puto, cum ea de re nihil apud Xenophontem occurrat.

rat. — Caeterum, quamquam, quae in hoc et sequenti fragmento occurrunt, post pugnam ad Cnidum evenerunt, ea tamen ad Hellenica Theopompi pertinere possunt, quoniam in iisdem alia de Agesilao narravit, hac pugna item recentiora, Cum vero etiam in Philippicis de gestis Agesilai exposuit, ut libro XIII, aliisque huius operis locis per digressionem eadem commemorare potuit, utrumqne fragmentum inter incertae sedis loca referre satius duxi.

Fr. 293. Consideravi aliquando num ita scripserit Theopompus eo loco, ubi retulit colloquium inter Silenum et Midam de una illa continente, sita extra τὸν κόσμον, antiquitus tantum cognitum; illa enim continens πρὸς ἑσπέραν fuit. Attamen satis mihi ipse persuadere non potui, ut hunc locum ibi collocarem. Nam potuisset etiam id memorare libro περὶ εὐσεβείας, dummodo germanus sit Theopompi.

Fr. 295. Ad hunc locum respexisse videtur Diodorus V. 79. ἔνιοι μυθολογοῦσι Διονύσου γενόμενον, μαθεῖν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν οἰνοποιΐαν. Ex aliis tamen scriptoribus testatur Oenopionem genitum esse ex Ariadne Minoïs filia. Nam de genere hominis controversia fuit. Vid. Wesseling. ad h. l. Venerat autem Oenopion cum navibus e Creta in insulam Chium cum liberis Talo, Euanthe, Melana, Salago et Athamante; eodemqne transierunt, Oenopione regnante, Cares et Abantes ex Euboea. Pausan. VII. 4. Vocabatur Chius a conditore: ἔναλος πόλις Οἰνοπίωνος, in Epigrammate Critiae apud Athenaenm I. p. 28 B. Verba autem, quibus Pausanias l. c. usus est, suspicari faciunt eum Theopompi historiam ante oculos habuisse; utitur enim verbo κατᾶραι sensu τοῦ ἐλθεῖν, in his: ἀνὰ χρόνον δὲ καὶ Οἰνοπίωνα ἐς τὴν Χίον κατᾶραι ναυσὶν ἐκ Κρήτης· atqui eadem significatione hoc verbum Theopompum usurpasse

passe testatur Grammaticus h. v. Anecdot. Bekk. I. p. 104. 16.

Fr. 296. Eandem narrationem retulit Pausanias VI. 36, ex hoc ipso fortasse Theopompi loco, huius tamen nomine suppresso.

Fr. 297. Neutri locorum, quae Athenaeus innuit, certam sedem assignare ausim. Nam vix excogitare possum ubi Athenas Prytaneum, quo nomine fere, necessitudinis cum earum coloniis habita ratione, insigniebantur, vocarit, nisi forte iocose in hoc titulo lusisse credatur libro vicesimo quinto Philippicorum. Fuisse vero Athenas perditissimorum hominum turba repletas, variis locis animadvertere potuisset tam in Hellenicis quam in Philippicis. Nam opportuna fuisset reprehensio de temporibus, post divictas a Lysandro Athenas, quum haud ita laudabili vivendi ratione universi cives utebantur. Libro autem quadragesimo quarto Phil. tum adolescentium, tum provectiorum, universique populi Atheniensis mores acerbe notavit; libro quadragesimo nono de amicis et assentatoribus egit Philippi, quorum non exiguum Athenis numerum fuisse satis constat ex illorum temporum historia; et libro quinquagesimo Atheniensium aleae studium memoravit. Quibus adeo libris et multis aliis, de quorum argumentis, fragmentorum defectu, certi quid ne suspicari quidem possumus, opportune ita de Athenarum civitate iudicium ferre potuit; nisi forte quis in eam sententiam adduci se patiatur, ita scriptum fuisse in libro *Tripolitico*, qui ab Anaximene Theopompo suppositus, diu sub huius nomine latuerit. — De singulis huius fragmenti verbis adeundus Schweighaeuserus ad h. l. Athenaei

Fr. 299. Sic sine dubio legendum pro τῷ παρὰ Θεοπόμπῳ ὀβελισκόλυχνος, quod iam monuit Casaubonus. Eustathius ad Homer. p. 1571. ed. Rom., ad eundem lo-

locum respexit: ὁ δὲ παρὰ 'Αλέξιδι ξυλολυχνοῦχος τάχα φασὶν ὅμοιός ἐστι τῷ παρὰ Θεοπόμπῳ ὀβελισκολύχνῳ. Item Pollux Onom. VI. 103. X. 118. Ut vero ξυλολυχνοῦχος, quem *lychnuchum ligneolum* vocat Cicero Ep. ad Quint. Fr. III. 7, lucerna quaedam fuit, magnam partem e ligno confecta, sic ὀβελισκολύχνιον, *lucerna quaedam* fuisse videtur, itidem lignea, siquidem illi non multum dissimilis fuerit, *obelisco praefixa*, qualis est quae praelucere solet viatoribus nocturnis; quemadmodum hanc vocem interpretatus esse Budaeus dicitur ab H. Stephano Thes. I. p. 713 D, citato a Schweighaeusero ad h. l. Verbum tamen in Budaei Commentario ling. Gr. frustra quaesivi, tantum inveni Λυχνοῦχος et Λυχνοφόρος.

Fr. 300. Teren Odrysarum regem memorat Xenophon Cyrop. VII. p. 411 B.

Fr. 301. Citatur hic Theopompi locus a Longino inter exempla vulgaris orationis, in qua vocabulum ἀναγκοφαγεῖν rei bene respondeat, etsi id Cecilius criminatus sit: nam, ut pergit Longinus, ἐπὶ τοῦ τὰ αἰσχρὰ καὶ ῥυπαρὰ τλημόνως καὶ μετ' ἡδονῆς ἕνεκα πλεονεξίας καρτεροῦντος ενεργέστατα παρείληπται. Cicero, animadvertente Tollio, non dissimili ratione dixit: *Dudum circumrodo, quod devorandum est.* Ep. ad Attic. IV. 5. Adi Hesychium in v.

Fr. 302. Incertum est ubi ita scripserit Theopompus. Potuit in prooemio Philippicorum, eo sensu: operae pretium facturum sibi videri, ad posteritatem propagandis Philippi Macedonis rebus gestis, nam, ut apud aequalium plerosque male audierit, futurum, ut, cum tractu temporis odium relaxetur, posteritas eum inconsiderate suspiceret, et veneraretur. Eandem tamen sententiam etiam in laudatione Philippi adhibere potuit; ut rei susceptae difficultatem ostenderet, cum Philippi virtutes celebraturus esset, dum vive-

ret, (id enim proprie est ἐγκώμιον, cum ἐπιτάφιος mortuorum laudatio appelletur. Theo c. 8. p. 100.); nam solere, ut viventes invidia perpetuo comitetur, mortuis vero, longo tempore intercedente, eadem remittatur. Similem sententiam Thucydides Pericli tribuerat: φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον· τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται. Locus, quem etiam citavit Theo h. l., exstat in eximia oratione Periclis II. 45.

Fr. 303. Urbis huius, sitae in Laconia versus Arcadiam, meminit Strabo X. p. 685 A. et ex eo Stephanus iterum v. Κάρυστος.

Fr. 304. Respexit fortasse ad hunc locum Strabo X. p. 654 A, postquam docuerat, quatuor urbium Doridis nomina esse Ἐρινεὸν, Βοῖον, Πίνδον, Κυτίνιον, addens esse, qui Πίνδον appellent Ἀκύφαντα. Alii urbem prorsus neglexerunt, inter quos Tzetzes ad Lycoph. vs. 980, quamquam sex Doridis urbes recensens. Cf. Casaub. ad Strab. l. c.

Fr. 308. Urbem hanc in Cimmerico Bosporo, praeter caeteros geographos, memorat Strabo XI. p. 757. et XII. p. 825, ubi eam κατοικίαν μέτριαν vocat. Errore Stephanus h. l. docuit Strabonem eandem urbem Ἑρμώνακτος κώμην vocasse, Hermonactis enim, cuius meminit Strabo VII. p. 469, in ostio Tyrae erat.

Fr. 309. Varie hoc nomen scribitur. Μελίτεια habent Philo apud Stephanum h. v. et Cod. Reg. 2. Diodori XVIII. 16, ubi caeteri Codd. Μελίτια. Strabo IX. p. 663. Μελίταια. Stephanus, in editione certe Pinedea, qua utimur, nomen per duplex ττ scripsit, quemadmodum gentile Ephorus libr. XXX. apud eundem, quamquam Marxius hunc locum adducens p. 257, alteram τ omisit.

Fr. 313. Τρήρεας eos vocat Callimachus apud Stepha-

phanum h. v. Τρῆρες vero dicuntur a Thucydide II. 96. et a Strabone XIII. p. 877.

Fr. 516. Plenius Posidonius apud Strabon. VII. p. 487. Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀπολλωνιατῶν καλεῖταί τι Νυμφαῖον· πέτρα δ' ἐστὶ πῦρ ἀναδιδοῦσα· ὑπ' αὐτῇ δὲ κρῆναι ῥέουσι χλιαροῦ [καὶ Casaub.] ἀσφάλτου, καιομένης ὡς εἰκὸς τῆς βώλου τῆς ἀσφαλτίτιδος· μέταλλον δ' ἐστὶν αὐτῆς πλησίον ἐπὶ λόφου, τὸ δὲ τμηθὲν ἐκπληροῦται πάλιν, τῷ χρόνῳ τῆς ἐγχωννυμένης εἰς τὰ ὀρύγματα γῆς μεταβαλλούσης εἰς ἄσφαλτον. Similia Aelianus V. H. XIII. 16. add. Plinius III. 23.

Fr. 517. Difficilis est divinatio quo hic Theopompi locus pertinuerit. Cogitavi aliquando de bello Phocensi, siquidem in eo narrando huius urbis meminit Diodorus XVI. 33. Θρόνιον μὲν ἐκπολιορκήσας ἐξηνδραποδίσατο. Certi tamen quid statuere non ausim. Fuse de hac urbe Palmerius Graec. ant. descr. V. p. 563 sq., qui adversus Scylacem docet Locridis eam, non Phocensium ditionis fuisse.

Fr. 518. Sic item Suidas, nisi quod postrema corrupte φασὶ λέγεσθαι. Alii hanc vocem aliter ἐτυμολογοῦσι. Clitarcho apud Harpocr. h. v. ὁμηροὶ sunt: οἱ ἐπὶ συμβιβάσει διδόμενοι, nam esse ὁμηρῆσαι idem ac τὸ συμβαλεῖν. Schol. Thuc. derivat παρὰ τὸ ὁμοῦ εἴρειν. Eustathius vero παρὰ τὸ ὁμοῦ, καὶ τὸ ἀρῶ, τὸ ἁρμόζω. Si ὁμηρεῖν apud antiquos idem valuerit ac τὸ ἀκολουθεῖν, haud displicet Theopompi etymologia.

Fr. 520. Videtur scribendum Δονάκταν. SALMASIUS. Δονητὴν legit Ios. Barnesius ad Anacreont. vs. 991.

Fr. 521. In Etymologico M. eadem leguntur, nisi quod ibi verba perperam collocata sunt, ex Suida restituenda. Item apud Grammaticum in Anecd. Bekk. I. p. 465. 3, qui prioribus τὸ παραχρῆμα — τῇ βοῇ omissis, hunc e Thucydide locum addit: τὸν ἁλόντα κλέπτοντα ἐξεῖναι αὐτοβοεὶ λαβόντα τρῶσαι. Marcellinus

S 2 in

in vita Thuc. §. 51, animadvertens Thucydidem vocabulis usum esse, quae ἐστιν ἀρχαιότερα τῶν κατ' αὐτὸν χρόνων, in his etiam numeravit τὸ αὐτοβοεί. Cf. tamen Poppo de Eloc. Thuc., eius Thucydidis editionis P. I. Vol. I. p. 241.

Fr. 522. Sic item Photius Lexic., nisi quod corrupte παρανομίας, pro quo tamen Cod. D. recte παροινίας.

Fr. 527. Vid. ad fragm. 295.

Fr. 528. Eustathius scripsit ἄκατον esse φιάλην πολυειδῆ.

Fr. 530. Ita etiam Zonaras Lex. h. v. Uterque eorum respexisse videtur ad haec verba Theopompi: ἄνεχέ μοι τὴν χεῖρα, quae eodem consilio e Theopompo attulit Suidas.

Fr. 531. Eadem Suidas et Zonaras. Ad illum Kusterus pro ἀντάλλαγμα legere iubet ἀνταύγημα vel ἀνταύγασμα, i. e. *repercussio lucis.*

Fr. 533. Lege ἀλλ' οὐδὲν Θεοπόμπῳ σταθμητόν. *Nihil habet Theopompus, ex quo certum de illa interpretatione feratur iudicium.* Kuhnius. — Lege ἀλλ' οὐδ' ἐν Θεοπόμπῳ στάθμη τῶν εἰς ἑρμ. κριτ. Casaub. ad Theophr. Charact. p. 128; quam emendationem probatam Iungermanno ad Polluc. l. c. illi praeopto.

Fr. 534. In Cod. MS. καὶ ὁ Ἀλεξάνδρου περιστὰς τὸ θρ. τ. I. ἐκράτει δὲ οὗτος λεόντος, ἐκ μυ. ε. Sequentia desunt. Rem item memorat Plutarchus Alex. c. 61. Λέγεται δὲ καὶ κύνα, Περίταν ὄνομα, τεθραμμένον ὑπ' αὐτοῦ καὶ στεργόμενον ἀποβαλὼν κτίσαι πόλιν ἐπώνυμον. Τοῦτο δὲ Σωτίων φησὶ Ποτάμωνος ἀκοῦσαι τοῦ Λεσβίου; ex quo loco sub voce περιστὰς in MS. canis nomen latere conicit Iungermannus, atque adeo ex Plutarcho h. l. περιτὰς vel περίτας legendum probabiliter monuit.

Fr. 538. Quum paulo post ab Eustathio Comici Theopompi mentio fiat, ad hunc hoc fragmentum perti-

tinere crediderim; eadem de praecedenti fragmento mea est opinio, quippe quod poëtam sapere videtur. Utrumque tamen inter caetera incertae sedis et nonnunquam dubiae originis referre placuit.

Fr. 339. Ἔσπευδεν. Non male Leid. ἵππευσεν. Oenomaum, quem mox μνηστηροκτόνον dicit, alii, minus tamen proprie; γαμβροκτόνον vocant. Caeterum ad hanc narrationem comparari poterunt Pindarus Olymp. I. 39, et ad eum locum Schol., Lycophron vs. 161 et Tzetzes ad vs. 156 sq., Schol. ad Apollon. Rh. I. 752. Pro αὐτοῦ Leid. recte ἑαυτοῦ. Errorem per editiones propagatum primum Barnesius correxit; minime quidem sollicitanda est lectio vulgata ἐξερυπάρου; silentio tamen haud presserim Libri Voss. varietatem ἐξελιπάρει. Πρὸς δὲ τῷ ἡρίῳ — ἱέρον. Clemens Alex. Protrept. p. 29 init. WASSENBERG. Praeter citatos a Wassenbergio conferri poterit Diodorus Sic. IV. 73. a Theopompo in multis discrepans.

Fr. 340. Historiam iterum narrat Tzetzes ad vs. 1024, ad eosdem Eumeli versus respiciens. Scholiastes ad Pindari Olymp. XIII. vs. 74, postquam monuerat, Theopompum tradidisse τὴν Μήδειαν ἐρασθῆναι Σισύφου, eandem rem narrat, appositis iisdem Eumeli versibus; eos tamen, paulo aliter ac Tzetzes, praesertim duos postremos, ita exhibet Scholiasta:

Εἰσίκεν αὐτὸς ἵκοιτο, ἢ ἐξ αὐτοῖό τις ἄλλος
Ἢ παῖς, ἠδ' υἱωνός· ὁ δ' ᾤχετο Κολχίδα γαῖαν.

Viderat Vir Cl. Geelius in literis ad me scriptis, apud Tzetzam versum postremum Eumeli, metri causa, ita restituendum videri: ἢ τῶν ἐξ αὐτοῦ τις· ὁ δ' ᾤχετο Κολχίδα γαῖαν. Ipse tamen hanc correctionem non urgebat. Dixerat certe Tzetzes in eis, quae Eumeli versus praecedunt, Αἰήτης δὲ μὴ ἀρεσθεὶς τῇ Κορίνθῳ παρέθετο ταύτην φυλάττειν Βούνῳ, Ἑρμοῦ καὶ Νύμφης υἱῷ· αὐτὸς δ' εἰς Κόλχους ἀφίκετο ἐντειλάμενος Βούνῳ φυλάττειν τὴν

τὴν Κορίνθου βασιλείαν, ἕως οὗ ἢ αὐτὸς ἤ τις τῶν ἐξ αὐτοῦ ἵκοιτο. Itaque fere Scholiastes Pindari: Αἰήτης δὲ μὴ ἀρεσθεὶς τῇ ἀρχῇ, Βούνῳ μέν τινι Ἑρμοῦ υἱῷ, παρέδωκε τὴν πόλιν, εἰπὼν φυλάττειν τοῖς ἐσομένοις ἐξ αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ εἰς Κολχίδα τῆς Σκυθίας ἀφικόμενος, ᾤκησε βασιλεύων. Mihi etiam in penultimo apud Tzetzam displicent ἀνὴρ εἰς ὕστερον αὖθις; in quibus etsi nihil mutandum videtur, itaque Tzetzam scripsisse credibile est, quum notissimum sit, eum scriptorum loca memoriter fere attulisse, quemadmodum ad eundem hunc locum opportune animadvertit Mullerus, eo tamen melius poetae verba servasse videtur Pindari Scholiastes. Pausanias etiam II. 3. ex Eumelo eadem tradidit, aliis tamen additis, quae poëta in sequentibus versibus retulisse videtur; quem adeo locum, utpote ad hanc rem omnino pertinentem, hic describere iuvat: Εὔμηλος δὲ Ἥλιον ἔφη δοῦναι τὴν χώραν Ἀλωεῖ μὲν τὴν Ἀσωπίαν, Αἰήτῃ δὲ τὴν Ἐφυραίαν· καὶ Αἰήτην ἀπιόντα ἐς Κόλχους παρακαταθέσθαι Βούνῳ τὴν γῆν· Βοῦνον δὲ Ἑρμοῦ καὶ Ἀλκιδαμείας εἶναι, καὶ ἐπεὶ Βοῦνος ἐτελεύτησεν, οὕτως Ἐπωπέα τὸν Ἀλωέως καὶ τὴν Ἐφυραίαν σχεῖν ἀρχήν· Κορίνθου δὲ ὕστερον τοῦ Μαραθῶνος οὐδένα ὑπολειπομένου παῖδα, τοὺς Κορινθίους Μήδειαν μεταπεμψαμένους ἐξ Ἰωλκοῦ παραδοῦναί οἱ τὴν ἀρχήν· βασιλεύειν μὲν δὴ δι' αὐτὴν Ἰάσονα ἐν Κορίνθῳ, Μηδείᾳ δὲ παῖδας μὲν γίγνεσθαι, τὸ δὲ ἀεὶ τικτόμενον — κατακρύπτειν αὐτὸ εἰς τὸ ἱερὸν φέρουσαν τῆς Ἥρας· κατακρύπτειν δὲ ἀθανάτους ἔσεσθαι νομίζουσαν· τέλος δὲ αὐτήν τε μαθεῖν, ὡς ἡμαρτήκοι τῆς ἐλπίδος, καὶ ἅμα ὑπὸ τοῦ Ἰάσονος φωραθεῖσαν, (οὐ γὰρ αὐτὸν ἔχειν δεομένῃ συγγνώμην ἀποπλέοντα ἐς Ἰωλκὸν οἴχεσθαι) τούτων δὲ ἕνεκα ἀπελθεῖν καὶ Μήδειαν παραδοῦσαν Σισύφῳ τὴν ἀρχήν. Scripsisse haec Eumelus videtur ἐν τῇ Κορινθίᾳ συγγραφῇ, quam, etsi dubitanter, ei tribuit Pausanias II. init., sive ἐν τοῖς Κορινθιακοῖς, quemadmodum citatur a Schol. Apoll. Rh. I. vs. 146. Carmen fuit historicum, ut

ut vel ex descriptis versibus satis constat, unde a Tzetza hoc loco Pindarique Scholiasta poëta historicus vocatur; idemque carmen fuisse videtur, unde Apollonium Rhodium quaedam furatum esse perhibet eius Scholiasta ad III. vs. 1372, ubi poeta Medeam fecerat cum Idmone colloquentem. Ab Ephyra, quae Corinthiacam tellurem antiquitus tenuit, quod indicavit poeta ἦν δ' Ἐφύρη κτεάτισσ', regio et urbs, quae postea a Corintho nomen sortitae sunt, Ἐφυραία vocabantur, item tradente Eumelo apud Pausan. ibid. Erat autem Ephyra filia Oceani et Tethyis, uxor Epimethei, ut idem retulit tum apud Pausaniam l. c. tum apud Schol. Apollonii Rh. IV. 1212, quamquam ibi in Cod. Paris. pro Eumelo, vitiose Simonides citatur; Scholiasta vero Ephyram, filiam Epimethei facit.

Fr. 341. In Cod. Paris Ἀμφιφορεῖς λέγονται κατὰ Θεόπομπον, οὓς οἱ ἄλλοι μετρητὰς φασι. Pausanias apud eundem Schol. testatur, Atticos τὸν ἀμφιφορέα vocare ἀμφορέα; pro Pausania in Cod. Paris. corrupte Λυσανίας. Ἀμφορεῖς παναθηναικοὶ memorantur ab Athenaeo V. p. 199 D, vasa ita dicta videntur παρὰ τὸ ἀμφοτέρωθεν κατὰ τὰ ὦτα δύνασθαι φερέσθαι, neque adeo multum diversae fuisse videntur ab eo vasium genere, quod ab eodem Athenaeo XI. p. 482 F. dicitur ἄμφωτον, *utrinque auritum*; ab aliis a mensura μετρητὴς vocabatur. Sic ob bibacitatem cognominabatur Xenarchus Rhodius, cuius meminit Euphorion apud Athenaeum X. p. 436 F.

Fr. 342. Eadem fere Schol. ad Acharn. vs. 1075. et Suidas v. χύτροι, item e Theopompo. Apud illum Philochorus testatur, in libro περὶ ἑορτῶν, ut constat ex Harpocratione v. χύτροι, festum illud celebrasse Athenienses, die decimo tertio mensis Anthesterionis.

 Sci-

Scilicet Ἀνθεστήρια, quae vocabantur, per tres dies in Bacchi honorem agebantur. Primus dicebatur Πιθοιγία, secundum Χόες, tertius Χύτροι. Apollodorus apud Harpocrat. v. χόες. Quamquam duo postrema eodem die acta fuisse indicare videtur Didymus apud eundem Schol. ibid. Non inter minima oblectamenta χύτρους censuisse Athenienses, efficitur ex Athenaeo IV. p. 129 D. De hoc festo prae caeteris consuli meretur Meursii Graecia Feriata in v. Ἀνθεστήρια. Cogitavi aliquando an de hoc festo scribere potuerit Theopompus l. X. Phil., alias consideravi an libro XXV. Potuit etiam libro XLV aut L; ut ea in re incerti admodum haereamus.

Fr. 343. Solebant Graeci coena peracta poculum mero repletum circumferre, ex eoque gustantes τὸν ἀγαθὸν Δαίμονα invocare, in honorem Bacchi, vini inventoris, et hilaritatis inde mortalium generi allati auctoris. Auferebatur interea mensa, nec tamen desiit compotatio, sed ministrabatur poculum vini aquâ temperati, in honorem Iovis Servatoris, quem pluviae largitorem, temperati vini atque adeo innocentis eius usus et moderatae laetitiae auctorem censebant. Testis Philonides medicus in libro περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων, apud Athenaeum XV. p. 675 A. B. C, qui moris originem hanc fuisse narrat: quod, translata e rubro mari in Graeciam vite a Baccho, cum multi immoderate mero uterentur, ut alii furibundi insanirent, alii vino repleti cadaveribus similes iacerent, forte acciderit, ut compotantibus quibusdam ad maris littus, ingens imber de coelo caderet, tum dissolutum convivium, et poculum, in quo vini nonnihil relictum fuerat, aqua repletum fuerit; postea, sereno coelo, convivae redierint in eundem locum, qui, vinum aqua dilutum gustarint, et mitem mini-

me-

meque molestam afferre voluptatem intellexerint. Igitur qui postea fuere Graeci venerabantur tum Bacchum, qui vini usus auctor fuerat, tum Iovem, qui mero aqua temperando caverat, ne quid inde molesti caperent. Poculi *ἀγαθοῦ δαίμονος* meminit Nocostratus, apud Athenaeum XV. p. 693 B.

> *Ἀλλ᾽ ἐγχέασα θᾶττον ἀγαθοῦ δαίμονος*
> *Ἀπενεγκάτω μοι τὴν τράπεζαν ἐκ ποδῶν.*
> *Ἱκανῶς κεχόρτασμαι γάρ. Ἀγαθοῦ δαίμονος*
> *Δέχομαι· λάβουσ᾽ ἀπένεγκε ταύτην ἐκ ποδῶν.*

Huius et Iovis Soteri Xenarchus in Géminis ibid. statim post,

> *Ὡς οὖν ποτε νυστάζειν γε καὐτὸς ἄρχομαι*
> *Ἡ τἀγαθοῦ δαίμονος*
> *Συνέσεισέ μ᾽ ἐκποθεῖσα φιάλη παντελῶς.*
> *Ἡ τοῦ σωτῆρος Διὸς τάχιστά γε*
> *Ἀπώλεσεν αὐτὴν καὶ κατεπόντωσέ μ᾽ ὁρᾷς.*

Cff. Casaub. et Schweigh. ad h. l.

E poculo illo *ἀγαθοῦ δαίμονος* pauxillulum singuli convivae bibebant, ut, quae eius potionis vis, quantumque Dei sit beneficium, solo gustu recordari tantum admonerentur. Id voluit Theopompus, verbum usurpans ad eam rem declarandam aptissimum *ἐπορρο-φεῖν*, et diserte docet Theophrastus libro *περὶ Μέθης* apud Athenaeum l. c. *τὸν ἄκρατον οἶνον, τὸν ἐπὶ τῷ δείπνῳ διδόμενον, ὃν δὴ λέγουσιν ἀγαθοῦ δαίμονος εἶναι πρόποσιν, ὀλίγον τε προσφέρουσιν, ὥσπερ ἀναμιμνήσκοντες, μόνον τῇ γεύσει τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεὰν, καὶ μετὰ τὴν πλήρωσιν διδόασιν, ὅπως ἐλάχιστον ᾖ τὸ πινόμενον, καὶ τρίτον προσκυνήσαντες λαμβάνουσιν ἀπὸ τῆς τραπέζης, καὶ ὥσπερ ἱκετειάν τινα ποιούμενοι τοῦ Θεοῦ, μηδὲν ἀσχημονεῖν, μηδ᾽ ἔχειν ἰσχυρὰν ἐπιθυμίαν τοῦ πότου τούτου, καὶ λαμβάνειν ἐξ αὐτοῦ τὰ καλὰ καὶ χρήσιμα.* In

eandemque sententiam scripsit Philochorus libro II Ἀτθίδος apud eundem ibid. Eo sensu ab Hesychio οἱ ἀγαθοδαιμονισταὶ dicuntur οἱ ὀλιγοποτοῦντες. Hunc Graecorum morem item memoravit, eiusque eandem ac Philonides originem innuere videtur Diodorus IV. 3, quem Wesselingius, post Iensium in Epist. ad Graevium, melius quam Palmerius intellexit. Astute turpiterque hoc more abusus est Dionysius Tyrannus, qui, mensas argenteas Apollini dicatas auferri iussit, prae se ferens, se Deo poculum Ἀγαθοῦ δαίμονος propinaturum apud Aelianum I. 40, ubi vide Inttp. Cf. Cicero N. D. III. 34.

FRAGMENTUM SPURIUM.

Ex hoc loco satis apparet hoc Theopompi de Lacedaemoniis iudicium ad ea tempora pertinere, quibus, captis a Lysandro Athenis, Atheniensium libertas, eodem in primis auctore, funditus deleta est; qua etiam occasione ad eundem hunc locum provocat Plutarchus Lys. c. 13. Cum autem iis de rebus Theopompus Chius in libro secundo Hellenicorum egisse videatur, non diu quaerendum foret, ubi hoc fragmentum collocandum sit, dummodo germanum esse nostri Theopompi, sub cuius nomine a Theodoro servatum est, constaret. Quod tamen operae pretium est considerare. Nam ad enndem hunc locum respexit Plutarchus l. c., eum tamen Theopompo non Historico sed Comico tribuit: ἀλλὰ καὶ ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἔοικε ληρεῖν, ἀπεικάζων τοὺς Λακεδαιμονίους ταῖς καπήλισιν, ὅτι τοὺς Ἕλληνας ἥδιστον ποτὸν τῆς ἐλευθερίας γεύσαντες, ὄξος ἐνέχεαν. Εὐθὺς γὰρ ἦν τὸ γεῦμα δυσχερὲς

καὶ

καὶ πικρὸν, οὔτε τοὺς δήμους κυρίους τῶν πραγμάτων ἐῶντος εἶναι τοῦ Λυσάνδρου, καὶ τῶν ὀλίγων τοῖς θρασυτάτοις καὶ φιλονεικοτάτοις τὰς πόλεις ἐγχειρίζοντος. Nemo vero est, quin Plutarcho, qui sub Imperatore Caesare Claudio natus, sub Domitiano, praesertim vero sub Nerva et Traiano floruit, maiorem auctoritatem tribuat, quam Theodoro Metochitae, qui saeculo demum decimo quarto post Ch. n. vixit; cum illius tempore plura antiquorum scripta superessent, Theodorum vero ipsum Theopompum sive historicum sive comicum ad manus habuisse vix tibi persuadeas. Sed accedit Theopompum historicum amicum haud ita intimum Atheniensium fuisse, sed contra Lacedaemoniis valde studuisse, cuius rei cum ratio ex vita eius potest explicari, tum id apparet ex magnificis laudibus, quibus Lacedaemonios, et in his Lysandrum et Agesilaum celebravit. Comicus vero Theopompus, quippe Atheniensis, quemadmodum eius cives tantum non omnes, iusto quodam odio Lacedaemonios prosequebatur. Ut hoc de iis iudicium huic probabilius quam illi tribuas. Comicum autem Lacedaemonios cum ταῖς καπηλίσιν comparasse non parum inde comprobatur, quod fabulam composuerat Καπηλίδες inscriptam, quam commemorarunt citati a Meursio ad Apollon. Dysc. c. 10. Pollux VII. 52. X. 31, in quorum tamen posteriori loco antea corrupte citabatur Θεόπομπος ἐν πόλεσιν, ex priori loco corrigendum, Zenobius Cent. IV. 44, ubi item corrupte ἐν καπήλοισιν; quibus addi potest Grammaticus in Anecd. Bekk. p. 461. 19. Ἄττην, οὐχὶ ἄττεια, Θεόπομπος καπήλισι,

Κολάσομεν' ἔσω, καὶ τὸν σὸν ἄττην.

Ut verosimile sit Theodorum pro Theopompo Comico Historicum citavisse. — Athenaeus XI. p. 431 D. scripsit, retulisse Hegesandrum in Commentariis, de Ly-

Lysandro Spartano: *τὸν οἶνον ὑδαρῆ πωλούντων τῶν καπήλων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, κεκραμένον ἐκέλευσεν αὐτὸν πωλεῖν, ἵνα αὐτὸν ἀκρατέστερον ὠνοῖντο*; quod haud scio an fortasse Theopompus innuerit; quamobrem hoc loco pro *εὔχρηστον* legere mallem *ἄκρατον*, nisi a vulgato nimium abiret. — Caeterum hunc locum latine vertit Muretus Var. Lect. VII. 17.

INDEX

AUCTORUM, EX QUIBUS THEOPOMPI CHII FRAGMENTA REPETITA SUNT.

IN-

INDEX

RERUM, VERBORUM, SCRIPTORUM EXPLICATORUM ET EMENDATORUM, CAET.

A.

B.

Bu-

D.

E.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

V.

X.

Zo.

Pag. 8. numerus X bis excidit. Igitur lin. 13 et 26 pro CIII lege XCIII; pag. autem 160 lin. 8 pro *majorum* lege *Magorum*. Caetera errata, sensum minus turbantia, quae remanserint, lectoris facilitati commendo.

